www.e-rara.ch

# M. Tullii Ciceronis opera omnia, praeter hactenus vulgatam Dionysii Lambini editionem ; accesserunt D. Gothofredi,... note

Cicero, Marcus Tullius

Lugduni, 1588

Stiftung der Werke von C.G.Jung, Zürich

Shelf Mark: Online

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-11124

Rhetoricorum ad C. Herennium liber quartus.

**www.e-rara.ch**
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

aliquod, aut alterum, non omnia, quæ eius generis erunt, exempli cauſa ſubiicere, quò res poſſit eſſe dilucidior: vt cùm de procemiis quærendis diſputamus, rationem damus quærendi, non mille procemiorum genera conſcribimus: ita arbitramur de imaginibus fieri conuenire. Nunc, ne fortè verborum memoriam aut nimis difficilem, aut parum vtilem arbitreris, & ipſarum[a] memoria rerum contẽtus ſis, quòd & vtiliores ſint, & plus habeant facilitatis[b]: admonendus es, quare verborũ memoriam nõ improbemus. Nam putamus oportere, eos, qui velint res faciliores ſine labore, & modeſtia facilè meminiſſe, in rebus difficilioribus eſſe antè exercitatos. Nec nos hanc verborũ memoriã inducimus, vt verſus meminiſſe poſſim⁹, ſed vt hac exercitatione, illa rerum memoria, quæ pertinet ad vtilitatem, confirmetur: vt ab hac difficili conſuetudine ſine labore ad illam facilitatem[c] tranſire poſſimus. Sed cùm in omni diſciplina infirma eſt artis præceptio ſine ſumma aſſiduitate exercitationis, tum verò in μνημονικοῖς minimùm valet doctrina, niſi induſtria, ſtudio, labore, diligentia comprobetur. Quàm[d] plurimos locos vt habeas, & quàm maximè ad pręcepta accommodatos, curare debebis. In imaginibus collocandis exerceri quotidie conueniet. Non enim ſicut à ceteris ſtudiis abducimur nonnumquam occupatione, ita ab hac re nos poteſt cauſa deducere aliqua. Numquã eſt enim, quin aliquid memoriæ tradere velimus, & tum maximè, cùm aliquo maiore negotio detinemur. 45 ¶ Quare cùm ſit vtile, facilè meminiſſe, non[e] te fallit, quod tanto pere vtile ſit, quanto labore ſit appetendum: quod poteris exiſtimare, vtilitate cognita. Pluribus verbis ad eã te hortari non eſt ſentẽtia, ne aut tu noſtro, aut nos tuo ſtudio diffidere, aut min⁹, quàm res poſtulat, dixiſſe videamur. *De quinta parte rhetoricæ deinceps dicemus*, tu primas quaſque parteis in animo frequenta[f], &, quod maximè neceſſe eſt, exercitatione confirma[g].

a L. rerum memoria cõt.
b al. facultatis.*
c al. facultatem.*
d L. Quamplurimos igitur locos
e L. non te fallat,
f L. frequentato, & quod m.
g L. confirmato.

# RHETORICORVM AD C. HERENNIVM

## LIBER QVARTVS.

### Synopſis libri 4. ad Herennium.

1 ¶ *De* ELOCVTIONE: *& quorum ex libris elocutionis exempla petenda, an oratoris aut poetæ alicuius: an potiùs nouis, & ad id de quo agitur, inuentis & excogitatis quemadmodum hic author facit.*
2 ¶ *De* ELOCVTIONIS *præceptis, & quibus in generibus ſeu figuris oratoria elocutio conſiſtat.* 3 *Elocutionem variè conſtitui ſeu verſari,* 4 *hoc eſt in orationis genere graui,* 5 *medio* 6 *extenuato ſeu attenuato, quod ſcilicet ad infimum, & quotidianum ſermonem demiſſum eſt.* (7 *His contrarium eſt genus orationis ſufflatum, fluctuans, diſſolutum, aridum & exſangue.*) 8 *Genera illa orationum dignitate affici* EXORNATIONIBVS *ſeu* FIGVRIS: *& quidem raris, diſtinctam: crebris obſcuram orationem reddi: ſed & figuras commutandas eſſe, vt grauem mediocris: mediocrem excipiat attenuata. Identidem etiam commutandas eſſe, vt ſatietas varietate mutetur.* 9 ¶ *Elocutionis tres ſunt partes,* 10 ELEGANTIA, 11. *cuius partes Latinitas* (12 *huius vitia ſolœciſmus & barbariſmus*) 13 *& Explanatio: quæ vel vſitatis, vel proprijs verbis comparatur.* 14 COMPOSITIO, 15 DIGNITAS, *quæ verſatur in* VERBORVM *&* SENTENTIARVM *exornatione.* 16 VERBORVM *exornationes ſunt hæ, Repetitio* 17 *Conuerſio,* 18 *Complexio,* 19 *Traductio,* 20 *Contentio,* 21 *Exclamatio,* 22 *Interrogatio,* 23 *Ratiocinatio,* 24 *Sententia,* 25 *Contrarium,* 26 *Membrum,* 27 *Articulus,* 28 *Continuatio,* 29 *Compar,* 30 *Similiter cadens,* 31 *Similiter deſinens,* 32 *Annominatio,* 33 *Subiectio,* 34 *Gradatio,* 35 *Definitio* 36 *Tranſitio,* 37 *Correctio,* 38 *Occupatio,* 39 *Diſiunctio,* 40 *Coniunctio,* 41 *Adiunctio,* 42 *Conduplicatio,* 43 *Interpretatio,* 44 *Commutatio,* 45 *Permiſſio,* 46 *Dubitatio,* 47 *Expeditio,* 48 *Diſſolutio,* 49 *Præuiſio* 50 *Concluſio,* 51 *Nominatio,* 52 *Pronominatio,* 53 *Denominatio,* 54 *Circuitio,* 55 *Tranſgreſſio.* 56 *Superlatio,* 57 *Intellectio,* 58 *Abuſio,* 59 *Tranſlatio,* 60 *Permutatio.* 61 SENTENTIARVM *exornationes ſunt hæ: Diſtributio,* 62 *Licentia,* 63 *Diminutio,* 64 *Deſcriptio,* 65 *Diuiſio,* 66 *Frequentatio,* 67 *Expolitio* (*ea ſit commutatione rerum, verborum tractatione.*) 68 *Commoratio,* 69 *Contentio,* 70 *Similitudo.* 71 *Exemplum,* 72 *Imago,* 73 *Effictio,* 74 *Notatio,* 75 *Sermocinatio,* 76 *Confirmatio,* 77 *Significatio,* 78 *Breuitas,* 79 *Demonſtratio,* 80 ¶ *Concluſio operis ſeu quatuor ad Herennium librorum.*

QVONIAM in hoc libro, C. Herenni, *de elocutione* conſcripſimus, &, quibus in rebus opus fuit exemplis[a] vti noſtris[b] exemplis vſi ſumus, & id fecimus præter conſuetudinem Gręcorum, qui de hac re ſcripſerunt: neceſſariò faciendum eſt, vt paucis rationem noſtri conſilij demus. Atque hoc nos neceſſitudine facere, non ſtudio, ſatis erit ſigni, quòd in ſuperioribus libris nihil neque ante rem, neque præter rem locuti ſumus. Nunc, ſi pauca, quæ res poſtulat, dixerimus tibi id, quod reliquum eſt artis, ita, vt inſtituimus, perſoluemus. Sed faciliùs noſtrã rationem intelliges, ſi priùs, quid illi dicant, cognoueris. Compluribus de cauſis putant oportere, cùm ipſi pręceperint, quo pacto oporteat ornare elocutionem, vniuſcuiuſq; generis ab oratore, aut poeta probato ſumtum ponere

a L. exemplis noſtris vſi ſumus,
b id eſt ingenio excogitatis & inuẽtis: nõ aliunde emendicatis ab oratore aut Poeta aliquo.*

P. X X I I.

nere exemplum. Et primùm ſe id modeſtia commotos facere dicunt, propterea quòd videatur eſſe oſtentatio quædam, non ſatis habere præcipere de artificio, ſed[a] ipſos etiam videri velle artificioſè gignere exempla: hoc eſt, inquiunt, oſtentare ſe, non artem oſtendere. Quare pudor in primis eſt ad eam rem impedimento, ne nos ſolos probare, nos[b] amare, alios contemnere, & deridere videamur. Etenim cùm poſſimus ab Ennio ſumtum, aut à Graccho ponere exemplum, videtur eſſe arrogantia[c], illa relinquere, & ad ſua deuenire. Præterea exempla teſtimoniorum locum obtinent. Id enim, quod admonuerit, &[d] leuiter fecerit præceptio, exemplo, ſicut teſtimonio cõprobatur. Non[e] igitur ridiculus ſit, ſi quis in lite, aut[f] in iudicio, domeſtico pugnet, & ſui ipſius teſtimonio abutatur? Vt enim teſtimonium, ſic exemplum, rei confirmandæ cauſa ſumitur. Non ergo oportet hoc, niſi à probatiſſimo ſumi, ne, quod aliud confirmare debeat, egeat ipſum confirmationis[g]. Etenim neceſſe eſt aut ſe omnibus anteponant, & ſua maximè probent: aut negẽt optima eſſe exẽpla, quæ à probatiſſimis oratoribus, aut poetis ſumta ſunt. Si ſe omnibus anteponant, intolerabili arrogantia ſunt: ſiquos ſibi præponant, & eorum exempla ſuis exemplis non putent præſtare, non poſſunt dicere, quare ſibi illos anteponant. Quid igitur ipſa auctoritas antiquorũ? Nam cùm res, probabiliores, tum hominum ſtudia, ad imitandum alacriora reddit: immò erigit omnium cupiditates, & acuit induſtriam, cùm ſpes iniecta eſt, poſſe imitando, Gracchi, aut Craſſi conſequi facultatem. Poſtremò hoc[h] ipſum eſt ſummum artificiũ, res varias, & diſpareis in tot poematibus[i], & orationibus ſparſas, & vagè diſiectas, ita diligenter eligere, vt vnumquodque genus exemplorum ſub ſingulos artis locos ſubiicere poſſis. Hoc ſi induſtria ſolùm fieri poſſet, tamen eſſemus laudandi, cùm talem laborem non fugiſſemus: nunc verò ſine ſummo artificio non poteſt fieri. Quis eſt enim, qui[k] non, cum ſummè teneat artẽ, poſſit ea, quæ iubeat ars, de tanta, & tam diffuſa ſcriptura notare, & ſeparare? Cæteri, cùm legunt orationes bonas, aut poemata, probant oratores, & poetas, neq; intelligunt, qua re cõmoti probent, quòd ſcire[l] non poſſunt, vbi ſit, nec quid ſit, nec quo modo factũ ſit id, quod eos maximè delectet. At is, qui & hæc omnia intelligit, & idonea maximè eligit, & omnia in arte maximè ſcribenda, redigit in ſingulas rationes præceptionis, neceſſe eſt eius rei ſummus[m] artifex ſit. Hoc igitur ipſum maximum artificium eſt, in arte ſua poſſe & alienis exemplis vti. Hæc illi cum dicunt, magis nos auctoritate ſua commouent, quàm veritate diſputationis. Illud enim veremur: necui ſatis ſit ad contrariam rationem probandam, quòd ab ea ſteterint ij, qui & inuentores huius artificij fuerunt, & vetuſtate iã ſatis omnibus probati ſunt. Quòd ſi, illorũ auctoritate remota, res[n] omneis volent cum re cõparare: intelligẽt, nõ omnia eſſe cõcedenda antiquitati. Primum igitur, quod ab eis modeſtia[o] dicitur, videamus, ne nimiũ inutiliter & pueriliter proferatur. Nã ſi tacere, & nihil ſcribere modeſtia eſt, cur quicquam ſcribunt, aut loquuntur? Sin aliquid ſuum ſcribunt: cur, quò ſecius omnia ſcribant, impediũtur modeſtia? Quaſi [p] ſi quis ad Olympiacum

a L. ſed etiã ipſos.
b L. nos atq. ſolos amare,
c al. arrogantiæ: *al.* arrogantis.*
d L. & leuiter præceperit ars, & ratio, ex.
e al. nonne.*
f L. aut in iudicio, domeſticis teſtib. pugnet, & ſuo ipſ. teſt. *Rob. Steph.* domeſticis teſtimoniis *&c.*
g *al.* confirmatione.
h *al.* Hoc ipſum ſummum eſt.
i L. poematis. ita legit Priſcianus lib. 7. citans quartũ Ciceronis ad Herennium.*
k L. Qui niſi ſumme teneat, *&c.* [*al.* qui cùm non ſummè.*
l L. ſcire non poſſint,
P. B.
m L. ſummus ſit artifex,
n al. rationes omnes volẽt cum rationibus comparare.*
o L. de modeſtia dicitur, *&c.* *& ita Rob. Steph. & Colin.*
p L. Quaſi ſi, qui ad.

A venerit curſum, & ſteterit, vt mittatur, impudenteiſq;[a] illos dicat eſſe, qui currere cœperint, ipſe[b] intra carcerẽ ſtet, & narret aliis, quo modo Ladas[c], aut Boius[d] cùm Sicyoniis curſitarint: Sic iſti, cum in artis curriculũ deſcenderunt, illos, qui in eo, quod eſt artificij, elaborent, aiunt facere immodeſtè: ipſi aliquem antiquum oratorem aut[e] poetam laudant, aut ſcripturam, ſic vt in ſtadium [f] artis rhetoricæ prodire non audeant. Non auſim dicere, ſed
B tamen vereor ne qua in re laudem modeſtiæ venentur, in ea ipſa re ſint impudentes. Quid enim tibi vis? aliquis inquiet.[g] artem tuam ſcribis: gignis nobis nouas præceptiones: eas ipſe confirmare non potes: ab aliis exempla ſumis. vide ne facias impudenter, qui tuo nomini velis ex aliorum laboribus libare laudẽ. Nam ſi eorum volumina prehenderint antiqui oratores, & poetæ, &[h] ſuum quiſque de libris ſuis tulerint: nihil iſtis, quod[i] ſuũ velint,
C relinquetur. At exempla, quoniam teſtimoniorum ſimilia ſunt, item conuenit, vt teſtimonia, ab hominib⁹ probatiſſimis ſumi. Primùm omnium exempla ponuntur hîc non confirmandi, neque teſtificandi cauſa, ſed demonſtrandi. Non enim cùm dicimus eſſe exornationem quæ, verbi cauſa, conſtet ex ſimiliter deſinentibus verbis, & ponimus hoc exemplũ à Craſſo, [k]QVIBVS[l] POSSVMVS, ET DEBEMVS, teſtimonium collocamus, ſed exem-
D plum. Hoc igitur intereſt inter exemplum, & teſtimonium: Exemplo demõſtratur id, quod dicimus, cuiuſmodi ſit: Teſtimonio, eſſe illud ita, vt nos dicimus, confirmatur. Præterea oportet teſtimonium cum re conuenire. aliter enim rem non poteſt confirmare: at id, quod illi faciunt, cum re non conuenit. Quid ita? quia pollicentur artem ſe ſcribere, & exempla proferunt ab iis plerumque, qui artem neſcierunt. Tum quis eſt qui poſſit id, quod de
E arte ſcripſerit, comprobare, niſi aliquid ſcribat ex arte? Contráque faciunt, quàm polliceri videntur. nam cum ſcribere artem inſtituunt, videntur dicere ſe excogitaſſe, quod alios docerent: cùm verò ſcribunt, oſtendunt nobis, quid alij excogitarint. At hoc ipſum difficile[m] eſt, inquiunt, eligere de multis. Quid dicitis difficile? vtrum laborioſum, an artificioſum? Si laborioſum, non ſtatim præclarũ. Sunt enim multa laborioſa, quæ ſi faciatis, nõ
F continuò gloriemini: niſi[n] fortè, etiã ſi veſtra manu fabula, aut orationes totas trãſcripſiſſetis, glorioſum putaretis. Sin autẽ iſtud artificiũ egregiũ dicitis: videte, ne inſueti rerũ maiorũ videamini, ſi vos parua res, ſicuti magna, delectat. Nã iſto modo eligere rudis quidẽ nemo poteſt, ſed ſine ſummo artificio multi. Quiſq; enim audierit de arte paullo plus, in elocutione præſertim, omnia videre poterit, quæ ex arte dicũtur: facere nemo poterit, niſi eruditus,
G ita[o] vt, ſi de tragœdiis Ennij velis ſentẽtias eligere, aut de Pacuuianis periodos[p]: quia[q] planè rudis id facere nemo poterit, cùm feceris, te litteratiſſimũ putes, ineptus ſis, propterea q. id facilè faciat quiuis mediocriter litteratus: itẽ ſi, cum ex orationib⁹, aut[r] poematib⁹ elegeris exẽpla, quæ certis ſignis artificij notata ſunt, qa rudis id nemo facere poſſit, artificioſiſſimè te feciſſe putes, erras[ſ]: propterea q. iſto ſigno videmus te nõnihil [t] eius ſcire, aliis ſignis
H te ſcire[u] multa intelligim⁹. Quòd ſi artificioſũ eſt intelligere quæ ſunt ex arte ſcripta, multò

a L. impudẽteis illos d. *Robert. Steph.* impudenteis dicat eſſe illos,
b L. ipſe intra carceres ſtet.
c L. Ladas, aut Boiſcus Sicyonii cur. *Turn.* aut Boiſcus Sicyonius curſ.
d *al.* Boliſcus Sicyonii. Turneb. 20. adu. 25. Alii, Boiſcus. vt apud Xenophontẽ 5. ἀγαθ. *al.* Boeus, cuius meminit Pauſan. in Atticis. à quo vrbs Boea.*,
e L. aut poetam, aut aliũ ſcriptorem laudãt, ſic vt
f *al.* ſtudiũ.*
g inquiat. ita Priſcianus legit lib. 20. in pr. vnde colligit, inquiã dici ex analogia poſſe.*
h L. & ſuum quiſque de libris ſuis tulerit: *al.* abſtulerit: *Turn.* & ſuũ quiſque de libris ſuſtulerit
i *al.* quod ſuũ eſſe velint,
k. *vulg.* *omnes*, quod poſſ. & deb.
l ſic. 1. de Oratore.*
P. XXV.
m *al.* eſt difficile,
n L. niſi fortè, ſi veſtra manu. fab. *Colin. & Gryph.* niſi etiam ſi veſtra m.
o L. itaque, vt, ſi *vel* delet, ita.
p περίοδος Ciceroni *de Oratore & de clar. orat.* circuitus orationis, ambitus, comprehẽſio, continuatio, circunſcriptio.*
q *al. lib.* ſed quia pl. *al.* ſi quia.
r *al.* aut poematis.
ſ L. erres:
t L. nonnihil ſcire.
u L. te neſcire multa,

**A** eſt artificioſius, ipſum ſcribere ex arte. Qui[a] enim ſcribit artificioſè, ab aliis commodè ſcripta facilè intelligere poterit: qui eliget facilè, non continuò ipſe commodè ſcribit[b]. Et, ſi eſt maximè artificioſum: alio tempore vtantur ea facultate, non tum, cùm parere ipſi, & gignere, & proferre debent. Poſtremò, in eo vim artificij conſumant, vt ipſi ab aliis potius eligendi, quàm aliorum boni electores exiſtimentur. Contra ea, quæ ab iis dicuntur, qui **B** dicunt alienis ſe exemplis vti oportere, ſatis eſt dictum. Nũc[c], quæ ſeparatim dici poſſunt, cõſideremus. Dicimus ergo, eos omneis, ideò quòd alienis vtantur peccare, tum etiam magis delinquere, quòd à multis exempla ſumãt, ſed de eo, quod poſtea diximus, antè videamus. Si concederem, aliena oportere aſſumere exempla, vincerem vnius oportere[d]: primùm, quòd contra hoc nulla ſtaret eorum ratio. liceret enim eligerẽt, & probarent quẽ**C**libet, qui ſibi in omneis res ſuppeditaret exempla, vel poetam, vel oratorem, cuius auctoritate niterentur. Deinde intereſt magni eius, qui diſcere vult, vtrùm vnum[e] omnia, an omnia neminem, ſed aliud alium putet conſequi poſſe. Si enim putabit poſſe omnia penes vnum conſiſtere: ipſe quoque ad omnium nitetur facultatem. ſi[f] id deſperabit, in paucis ſe exercebit. ipſis[g] enim contentus erit. nec mirum, cùm ipſe præceptor artis omnia penes vnum **D** reperire non potuerit. Allatis igitur exemplis à Catone, à Gracchis, à Lælio, à Scipione, Galba, Porcina[h], Craſſo, Antonio, cęteríſque: item ſumtis aliis à poetis, & hiſtoriarum ſcriptoribus, neceſſe erit, eum, qui diſcet, ab omnibus putare omnia, ab vno pauca vix potuiſſe ſumi. Quare[i] ſi vnius alicuius eſſe ſimilem ſatis habebit, omnia quæ omnes habuerint, ſolum habere ſe poſſe diffidet. ergo inutile eſt ei, qui diſcere vult, putare[k] non vnum omnia **E** poſſe. Igitur nemo in[l] hanc incidet opinionem, ſi ab vno exempla ſumſiſſent. nunc hoc ſigni eſt, ipſos artis ſcriptores non putaſſe vnum potuiſſe in omnibus elocutionis partibus enitére, quoniam neque ſua protúlerũt, neque vnius alicuius, aut denique duorum, ſed ab omnibus oratoribus, & poetis exempla ſumſerunt. Deinde, ſi[m] quis velit artem demonſtrare nihil prodeſſe ad diſcendum, non malè vtatur hoc adiumento, quòd vnus o**F**mneis artis parteis conſequi nemo potuerit. Quod[n] igitur iuuat eorum rationem, qui omnino improbent artem, id non ridiculum eſt, ipſum ſcriptorem artis ſuo iudicio comprobare? Ergo ab vno ſumenda fuiſſe docuimus exempla, ſi ſemper aliunde ſumerentur. Nunc omnino aliunde ſic intelligemus ſumenda non fuiſſe. Primùm omnium, quod ab artis ſcriptore affertur exemplum, de[o] eius artificio debet eſſe, non vt ſi quis purpuram, **G** aut aliud quippiam vendens, dicat, Sume à me, ſed huius exemplũ aliũde rogabo, tibíq;[p] oſtendam. Si[q] merces ipſi qui venditant, aliunde exemplum quæritent aliud mercis: vt ſi aceruos ſe dicant tritici habere, & eorum exemplũ pugno non habeant, quod oſtendãt: ſi Triptolemus, cùm hominibus ſemen largiretur, ipſe[r] ab aliis hominibus id mutuaretur: aut ſi Prometheus, cùm mortalibus ignem diuidere vellet, ipſe à vicinis cum teſta am**H**bulans, carbunculos corrogaret, non ridiculum videretur? Iſti magiſtri, omnium dicendi

a L. Qui enim ipſe ſcribet artif.

b L. ſcribit.

c L. Nunc, ſeparatim, quæ dici poſſint,

d L. oportere. Primum contra hoc nulla ſt.

e L. vnum aliquem omn. *fal.* ſin id deſperarit.

g L. his enim contentus erit. *fort.* his etiam contẽtus erit.

P. B.

h *M. Aemilium Lepidum, Porcinam intelligit, Galba paulò minorem natu, & tamen oratorum ſummũ: de quo vide Ciceronem in Bruto.*

i L. Quare ſi ſe vnius

k L. non putare vnum, *&c. & ita Rob. Steph. & Colin.*

l L. in hanc incideret op. *& ita Rob. Steph.*

m L. ſi quis velit, demonſtrare, artem nihil prod.

n L. *fort.* Quod igitur adiuuat hor.

o L. *al.* eius artificii debet eſſe.

p L. tibi quod oſtendam. *& ita Car. Steph.*

q L. Si, mercẽ ipſi qui vẽd. aliunde exẽpl., quæritent eius mercis:

r L. ipſe ab aliis id mutuar.

præceptores, non videntur ſibi ridiculè facere, cùm id, quod aliis pollicentur, ab aliis quęrunt. Si, qui ſe fonteis maximos, penitus abſconditos, aperuiſſe dicat &[a] hæc, ſitiẽs quàm maximè, loquatur, neque habeat quo ſitim ſedet, non irrideatur? Iſti cùm non modò dominos ſe fontium, ſed ſeipſos fonteis eſſe dicant, & omnium rigare debeant ingenia, non putant fore ridiculum, ſi, cùm id polliceantur aliis, areſcant ipſi ſiccitate. Chares à Lyſippo ſtatuas facere non iſto modo didicit, vt Lyſippus caput oſtendere Myronis, brachia Praxitelis, pectus Polycleti: ſed omnia coràm magiſtrum facientem videbat, cæterorum opera vel ſua ſponte conſiderare poterat. Iſti credũt, eos, qui hæc velint diſcere, alia ratione doceri poſſe cõmodius. Præterea ne[b] poſſunt quidem ea, quæ ſumuntur ab aliis exempla, tam eſſe accommodata ad artem, quàm propria, propterea quòd in dicendo leuiter vnuſquiſque locus plerumque tangitur, ne ars appareat. in præcipiendo expreſſè conſcripta ponere oportet exempla, vt in artis formam conuenire poſſint: & pòſt in dicendo, ne poſſit ars eminere, & ab omnibus videri, facultate oratoris occultatur. Ergo etiam vt magis ars cognoſcatur, ſuis exemplis melius eſt vti. Poſtremò hæc quoque res nos duxit ad hanc rationem, quòd nomina rerum Græca, quæ conuertimus, ea remota ſunt à conſuetudine. Quæ enim res apud noſtros non erant, earum rerum nomina non poterant eſſe vſitata. Ergo hæc aſperiora primò videantur neceſſe eſt, ídque fiet rei, non noſtra difficultate. Reliquum ſcripturæ conſumetur in exemplis. hæc aliena ſi poſuiſſemus, factũ eſſet, vt, quod commodius eſſet in hoc libro, id noſtrum non eſſet: quod aſperius, &[c] inuſitatum, id propriè nobis attribueretur. Ergo hanc quoque incommoditatẽ fugimus. His de cauſis, cum artis inuentionem Græcorum probaſſemus, exemplorum rationem ſecuti non ſumus.

2 ¶ Nunc tempus poſtulat, vt *ad elocutionis præcepta tranſeamus*. Bipertita[d] erit igitur nobis elocutionis præceptio. Primum dicemus, quibus in generibus ſemper omnis oratoria elocutio debeat[e] eſſe. Deinde oſtendemus, quas res ſemper habere debeat. 3 ¶ *Sũt* igitur *tria*[f] *genera, quæ nos figuras appellamus*, in quibus omnis oratio non vitioſa conſumitur: vnam grauem, alteram mediocrem, tertiam extenuatam[g] vocamus. *Grauis* eſt, quæ conſtat ex verborum grauium magna & ornata conſtructione. *Mediocris* eſt, quæ conſtat ex humiliore, neque tamen ex infima, & peruulgatiſſima verborum dignitate. *Attenuata* eſt, quæ demiſſa eſt vſque ad vſitatiſſimam puri ſermonis conſuetudinem. 4 ¶ *In*[h] *graui* conſumetur oratio figura, ſi, quæ cuiuſque rei poterunt ornatiſſima verba reperiri, ſiue propria, ſiue tranſlata, ſiue extranea, ad vnamquamque rem accommodabuntur: &, ſi graues ſententiæ, quæ in amplificatione, & commiſeratione tractantur, eligentur: &, ſi exornationes ſententiarum, aut verborum, quæ grauitatem habebunt, de quibus pòſt dicemus, adhibebuntur. In hoc genere figuræ erit hoc exemplum: Nam[i] quis eſt veſtrûm, iudices, qui ſatis idoneam poſſit in eum pœnam excogitare, qui prodere hoſtibus patriam cogitarit? quod maleficium cum hoc ſcelere comparari: quod

huic

a L. is hæc ſitiens

P. XVII.

b *vul.* nec poſſunt quidem

c L. & inuſitatius, id

d *al.* Bipartita

e *fort.* eſſe debeat.

f De tribus dicendi figuris.*

g *al.* attenuata vt infrà.*

h L. In grani figura conſum. or. ſi,

i Maieſtatis crimen grauiſſimum.*

huic maleficio dignum ſupplicium poteſt inueniri? In iis, qui violaſſent ingenuam [a], matremfamiliâs conſtupraſſent, pulſaſſent, aliquê, aut poſtremò necaſſent, maxima ſuplicia maiores noſtri conſumſerunt: huic truculentiſſimo, ac nefario facinori ſingularem pœnã non reliquerunt? Atque [b] in aliis maleficiis ad [c] ſingulos, aut ad paucos ex alieno peccato iniuria peruenit: huius ſceleris qui ſunt affines, vno conſilio vniuerſis ciuibus atrociſſimas calamitates machinãtur, O feros animos! ô crudeleis cogitationes! ô derelictos ab humanitate homines! Quid [d] agere auſi ſunt, aut cogitare potuerunt? Quo pacto hoſtes, reuulſis maiorum ſepulcris, deiectis mœnibus, ouantes irruerent in ciuitatem: quomodo deûm ſpoliatis [e] templis, optimatibus trucidatis, aliis [f] arreptis in ſeruitutem matribusfamiliâs, & ingenuis ſub hoſtilem libidinem ſubiectis, vrbs acerbiſſimo concidat incendio cõflagrata [g]? qui ſe non putant, id, quod voluerint, ad exitum perduxiſſe, niſi ſanctiſſimæ patriæ miſerandum ſcelerati viderent cinerem [h]? Nequeo verbis conſequi, iudices, indignitatem rei: ſed negligentiùs id fero, quia vos mei non indigetis. Veſter enim vos animus amãtiſſimus reip. facilè edocet, vt eũ, qui fortunas omniũ voluerit prodere [i], pręcipitẽ perturbetis [k] ex ea ciuitate, quam ipſe ſpurciſſimorum hoſtium dominatu nefario voluerit obruere. 5¶ *In mediocri* figura verſabitur oratio, ſi hæc, vt antè aliquantulum demiſerimus, neque tamen ad infimum deſcenderimus, ſic: Quibuſcũ bellum gerimus [l], iudices, videtis: cum ſociis, qui pro nobis pugnare, & imperium noſtrum nobiſcum ſimul virtute & induſtria conſeruare ſoliti ſunt. Hi cùm ſe, & opes ſuas, & copiã neceſſariorũ norunt, tum verò nihil minus propter propinquitatẽ & omnium rerum ſocietatẽ, quid in omnibus rebus populus R. poſſet, ſcire [m]: & æſtimare poterant. Hi, cùm deliberaſſent nobiſcum bellum gerere, quæſo, quæ res erat, qua freti bellum ſuſcipere conarentur, cùm multo maximam ſociorum partem in officio manere intelligerent? cùm ſibi non multitudinem militum, non idoneos imperatores, non pecuniam publicam præſtò eſſe viderent? non denique vllam rem, quæ res pertinet ad bellum adminiſtrandum? Si cum finitimis de finibus bellum gererent: ſi totũ certamen in vno prælio poſitum putarẽt: tamen omnibus rebus inſtructiores, ac paratiores venirent, nedum illud imperium orbis terrę, cui imperio omnes gẽtes, reges, nationes, partim vi [n], partim volũtate cõſenſerunt, cùm aut armis, aut liberalitate à populo Rom. ſuperati eſſent, ad ſe transferre tantulis viribus conarentur. Quæret aliquis, Quid? Fregellani, non ſua ſponte conati ſunt? Eo quidem minus iſti facilè conarentur, quo illi quemadmodũ deſciſſent [o], videbant. Nam rerum imperiti, qui vniuſcuiuſque rei de rebus antè geſtis exempla petere non poſſunt, ij per imprudentiam facilè [p] deducuntur in fraudem. At ij, qui ſciũt quid aliis acciderit, facilè ex [q] aliorum euentu, ſuis rationibus poſſunt prouidere. Nulla igitur re inducti, nulla ſpe freti arma ſuſtulerunt? Quis hoc credat, tantam amentiã quemquam tenuiſſe, vt imperium populi Rom. tentare auderet, nullis copiis fretus? Ergo aliquid fuiſſe neceſſe eſt. quid aliud, niſi [r] id quod dico, poteſt eſſe. 6¶ *In attenuato* [a] figuræ genere, quod ad [b] infimum, & quotidianum ſermonẽ demiſſum eſt hoc erit exemplum: Nam vt fortè hic in balneas venit, cœpit, poſtquàm perfuſus eſt, defricari. Deinde, vbi [c] viſum eſt vt in alueum deſcẽderet, ecce ibi iſte de trãſuerſo, Heus, inquit, adoleſcens, pueri tui modò me [d] pulſauerunt: ſatisfacias oportet. Hic, qui id ætatis ab ignoto præter cõſuetudinem appellatus eſſet, erubuit. Iſte clariùs eadem, & alia dicere cœpit. Hic vix tandem inquit, Sine me conſiderare. Tum verò iſte cœpit clamare voce iſta [e], quæ facilè cuiuis rubores eiicere [f] poſſet. Ita petulans es, atque acer, vt ne ad ſolarium [g] quidem idoneus, vt mihi videtur, ſed penes ſcenam, & in eiuſmodi locis exercitus [h] ſis. Cõturbatus eſt adoleſcens: nec mirum, cui etiam nunc pędagogi lites ad auricu las verſarentur, imperito eiuſmodi conuiciorum. Vbi enim iſte vidiſſet ſcurram exhauſto rubore, qui ſe putaret nihil habere, quod de exiſtimatione perderet [i]; vt omnia ſine famæ detrimento facere poſſet? Igitur genera figurarũ ex ipſis [k] exemplis intelligi poterunt. Erit enim & attenuata verborum conſtructio quædam, & [l] item alia in grauitate, alia poſita in mediocritate. 7¶ Eſt autem cauẽdum, ne, dum hæc genera conſectamur [m], in [n] finitima, & propinqua vitia veniamus. Nam graui figuræ quæ laudanda eſt, propinqua eſt ea, quæ fugienda eſt, quæ rectè videbitur appellari, ſi *ſufflata* nominabitur. Nam vt corporis bonam habitudinem tumor imitatur ſæpe, ita grauis oratio ſępè imperitis videtur ea, quę turget & inflata eſt, cùm aut nouis, aut priſcis verbis, aut duriter aliunde tranſlatis, aut grauioribus, quàm res poſtulat, aliquid dicitur, hoc modo. Nam qui [o] perduellionibus venditat patriam, non ſatis ſupplicij dederit, ſi præceps in Neptunias depultus erit lacunas. Pœnitet igitur iſtum, qui mõteis belli fabricatus eſt, campos ſuſtulit pacis. In hoc genus plerique cum declinaſſent, & ab eo, quò profecti ſunt, aberrauerunt, & ſpecie grauitatis falluntur, nec proſpicere poſſunt orationis tumorẽ. Qui in mediocre genus orationis profecti ſunt, ſi peruenire eò non poterunt, errantes perueniunt ad [p] confine genus eius generis, quod appellamus *fluctuans & diſſolutũ*: eò quòd ſine neruis, & articulis fluctuat huc & illuc, nec [q] poteſt confirmare, nec viriliter ſeſe expedire. Id eſt huiuſmodi: Socij noſtri cùm belligerare nobiſcum vellent, profectò ratiocinati eſſent etiam atque etiã, quid poſſent facere, ſi quidem ſua ſponte facerent & non haberent hinc [r] adiutores multos, & malos homines, & [ſ] audaceis. Solent enim diu cogitare omnes, qui magna negotia volunt agere. Non poteſt huiuſmodi ſermo tenere attentum auditorem. diffluit enim totus, neque quicquam comprehendens perfectis verbis amplectitur. Qui non poſſunt in illa facetiſſima verborum attenuatione commodè verſari, veniunt ad *aridum & exſangue genus orationis*, quod nõ alienum eſt exile nominari, cuiuſmodi eſt hoc: Nam [t] iſtic ille ad balneas acceſſit: ad hunc poſtea dixit, hic tuus ſeruus me pulſauit. Poſt eà dixit hic illi, conſiderabo. Poſt ille huic conuicium fecit, & magis magiſque præſentibus multis clamauit. Friuolus hic quidẽ iã, & illiberalis eſt ſermo. Nõ enim adeptus eſt id,

a L. ingenuã, matr.
P. B.
b L. Atqui in aliis.
c L. aut ad ſing.
d L. qui agere auſi ſunt, aut cogitare potuerunt, quo pacto.
e L. templis ſpoliatis,
f L. aliis abreptis in ſeruitutem, virginib. mat. fam. ing. pueris ſub.
g L. cõflagrata.
h L. cinerem.
i forte, perdere.
k L. deturbetis: al. proturbetis.
l L. geramus.
m L. ſcire, & exiſtimare.
n L. partim voluntate cõceſſerunt,
o L. deſciuiſſent,
p L. facillimè deducuntur.
q L. ex eorũ euentu,
P. XXVII.
r L. nî hoc.

a al. extenuato vt ſuprà.*
b Etiam in infimo & quotidiano ſermone figuris vtimur.*
c L. vbi viſũ eſt in alueũ deſcendere, ecce.
d L. me pulſarunt.
e L. ea, quæ f. c. rub. elicere poſſ. al. voce magna, ea quæ perfacilè cuiuis rubo. elicere poſſent: al. elicere: vel iniicere*
g Solarium pars fori in quã minima iudicia exercebantur Sic Cicero pro *Quinctio*, Quintius nõ ad ſolarium, non in campo verſatus eſt.*
h L. exercitatus ſis.
i al. deperderet*
k L. ex his exemplis
l L. & item alia in grauitate poſita, alia in med.
m al. conſectemur,
n Vitioſa orationis genera, ſufflatum, fluctuans, ſeu diſſolutũ aridum ſeu exſangue.*
o L. qui perduellibus.
p L. ad confine eius generis genus, q.
q L. nec poteſt ſeſe confirmare, nec viriliter expedi re.
P. R.
r L. hîc.
ſ L. atq.
t L. Nam ille ad baln. R. *Steph.* Nam iſtic ad baln.

A quod habet attenuata figura, puris verbis, & electis, compoſitam orationem. 8¶Omne genus orationis, & graue, & mediocre, & attenuatũ, dignitate afficiunt *exornationes*, de quibus pòſt loquemur: quæ ſi raræ diſponentur, diſtinctam ſicuti coloribus: ſi crebræ collocabuntur óblitam [a] reddunt orationem. Sed figuram in dicendo commutari oportet, vt grauem mediocris, mediocrem excipiat attenuata. Deinde identidem commutentur, vt facilè

B ſatietas varietate vitetur. 9¶QVONIAM, quibus in generibus elocutio verſari debeat, dictũ eſt, videamus nunc *quas res debeat habere locuti.* [b] *commoda & perfecta*. Quæ [c] maximè ad modum oratori accommodata eſt, treis res in ſe debet habere, elegãtiam, compoſitionem dignitatem. 10¶*Elegantia* eſt, quæ facit, vt vnumquidque purè, & apertè dici videatur. Hæc diſtribuitur in Latinitatem, & explanationem. 11¶*Latinitas* eſt, quæ ſermonem pu-

C rum cõſeruat, ab omni vitio remotũ. 12¶*Vitia in ſermone*, quò minùs is Latinus ſit, duo poſſunt eſſe: Solœciſmus, & Barbariſmus. *Solœciſmus* eſt, cùm verbis pluribus conſequens verbum ſuperiori non accommodatur. *Barbariſmus* eſt, cùm verbum aliquod vitioſè effertur. Hæc qua ratione vitare poſſim⁹, in arte Grãmatica dilucide dicemus. 13¶*Explanatio* eſt, quæ reddit apertam, & dilucidam orationem. Ea cõparatur duabus rebus, vſitatis ver-

D bis, & propriis. Vſitata ſunt ea, quæ verſantur in ſermone & conſuetudine quotidiana. Propria, quæ eius rei verba ſunt, aut eſſe poſſunt, qua de loquemur. 14¶*Compoſitio*, eſt verborum conſtructio, quæ facit omnes parteis orationis æqualiter [d] perpolitas. Ea conſeruabitur, ſi fugiemus crebras vocalium concurſiones, quæ vaſtam, atque hiantem orationem reddunt, vt hoc eſt: Baccæ [e] æneæ amœniſſimæ impendebant & ſi vitabimus eiuſdem lit-

E teræ nimiam aſſiduitatem: cui vitio verſus hic erit exemplo, nã hîc nihil prohibet in vitiis, alienis exemplis vti,

*O Tite, tute Tati, tibi tanta tyranne tuliſti.* Et hic eiuſdem poetæ,

*Quidquam quiſquam cuiquam quod conueniet* [f], *neget*. Et, ſi eiuſdem verbi aſſiduitatem nimiam fugiemus, ea eſt huiuſmodi: Nam cuius rationis ratio nõ extet, ei rationi ratio non eſt fidem habere. Et ſi non vtemur continen-

F ter ſimiliter cadentibus verbis, hoc modo:

*Flentes* [g], *plorantes, lacrimantes, obteſtantes*. Et, ſi verborum tranſiectionem [h] vitabimus, niſi quæ erit concinna, qua de re poſteriùs loquemur, quo in vitio eſt Lucilius aſſiduus, vt hoc eſt in priore libro:

*Has res ad te ſcriptas Luci, miſimus, Æli.* Itẽ, fugere oportet longam verborum continuationem, quæ & auditoris aureis, & oratoris ſpiritum lædit. His vitiis in compoſitione vita-

G tis, reliquum operis conſumendum eſt in dignitate. 15¶*Dignitas* eſt, quæ reddit ornatã orationẽ varietate diſtinguens. Hæc [i] in verborum, & ſententiarum exornationem diuiditur. *Verborũ* exornatio eſt quę ipſius ſermonis inſignita continetur [k] perpolitione. *Sententiarum* exornatio eſt, quæ nõ in verbis, ſed in ipſis rebus quandam habet dignitatem.

16¶*Repetitio* [l] eſt, cùm continenter ab vno atque eodem verbo in rebus ſimilibus [m] & di-

H uerſis principia ſumuntur, hoc modo: Vobis iſtud attribuendũ eſt, vobis gratia [n] habenda,

a L. oblitam reddent or.
b al. elocutio vt ſuprà.*
c L. Quæ maximè oratori ac. al. quæ maximè ad commodum oratoris &c.
d L. æquabiliter.
e L. Baccæ Eoæ amœ. id eſt, vniones Orientales.*
P. XXVIII.
f L. cõueniat,
g verſus ſpõdaicus.*
h al. traiectionem.
i vulg. Hæc & in verborum, & ſent.
k L. perpolitione continetur.
l De Exornationibus verborum.*
m fort. diſſimilibus, & diuerſis
n L. gratia eſt hab.

A vobis res iſta erit honori. Item, Scipio Numãtiã ſuſtulit, Scipio Karthaginẽ deleuit, Scipio pacẽ peperit, Scipio ciuitatẽ ſeruauit. Item, tu in forũ prodire, tu lucem cõſpicere, tu in horũ cõſpectũ venire conaris? audes verbũ facere? audes quidquam ab iſtis petere? audes ſupplicium deprecari? quid eſt, quod poſſis defendere? quid eſt, quod audeas poſtulare? quid eſt, quod tibi putes concedi oportere? Non iuſiurandum [a] reliquiſti? nõ amicos prodidiſti? nõ

B parenti manus intuliſti? non denique in omni dedecore volutatus es? Hæc exornatio, cùm multum venuſtatis habet, tũ grauitatis, & acrimoniæ plurimùm. Quare videtur eſſe adhibenda & ad exornandam & [b] ad augendam orationem. 17¶*Conuerſio* eſt, per quam non, vt antè, primum repetimus verbum, ſed ad poſtremum continenter reuertimur, hoc modo: Pœnos populus Rom. iuſtitia vicit, armis vicit, liberalitate vicit. Item, ex quo tem-

C pore cõcordia de ciuitate ſublata eſt, libertas ſublata eſt, fides ſublata eſt, amicitia ſublata eſt, reſp. ſublata eſt. Item, C. Lælius homo nouus [c] erat, ingenioſus erat, doctus erat, bonis viris & ſtudioſis [d] amicus erat. ergo in ciuitate primus erat. Item, Nam cùm iſtos, vt abſoluant te, rogas: vt peierent rogas: vt exiſtimationem negligant, rogas: vt leges populi Rom. tuę libidini largiantur rogas. 18¶*Complexio* eſt quę vtrãque complectitur exornationem,

D & hanc, & quam antè expoſuimus, vt & repetatur idem primum verbum ſæpius, & crebrò ad idem poſtremum reuertamur, hoc modo: Qui ſunt, qui fœdera ſæpe ruperunt? Karthaginienſes. Qui ſunt, qui crudele bellum in Italia geſſerunt? Karthaginienſes. Qui ſunt, qui Italiam deformauerunt? Karthaginienſes. Qui ſunt, qui ſibi poſtulant ignoſci? Karthaginienſes. Videte ergo, quid [e] conueniat eos impetrare. Item, Quẽ ſenatus dãnarit, quem populus

E Rom. damnarit, quem omnium exiſtimatio dãnarit, eum vos ſententiis veſtris abſoluetis? 19¶*Traductio* eſt, quæ facit, vt, cùm idem verbum crebriùs ponatur, non modò non offendat animum, ſed etiam cõcinniorem orationem reddat, hoc pacto: Qui nihil habet in vita iucundius vita, is cum virtute vitam non [f] põt colere. Item, Eũ tu hominem appellas, qui ſi fuiſſet homo, nunquã tam crudeliter vitam hominis petiiſſet. At erat inimicus. ergo ini-

F micum ſic vlciſci voluit, vt ipſe ſibi reperiretur inimicus? Item, Diuitias ſine diuitum eſſe, tu verò virtutem præfer [g] diuitiis. Nam ſi voles diuitias cum virtute comparare, vix ſatis idoneæ tibi videbuntur diuitiæ, quæ virtutis pediſſequæ [h] ſint. Ex eodem genere exornationis eſt, cùm idem verbum modò ponitur in hac, modò in altera re, hoc modo: Cur eã rem tam ſtudioſè curas, quæ multas tibi dabit curas? Item Amari iucundum eſt, ſi curetur,

G nequid inſit amari. Item, Veniã ad vos, ſi mihi ſenatus det veniam. In his quattuor generibus exornationum, quę adhuc propoſitę ſunt, non [i] inopia verborum fit, vt ad idem verbũ redeatur ſæpius: ſed ineſt feſtiuitas quædam, quæ faciliùs auribus diiudicari, quàm verbis demonſtrari poteſt. 20¶*Contentio* eſt, cùm [k] ex contrariis verbis, aut rebus oratio conficitur, hoc pacto, Habet aſſentatio iucũda principia, eadẽ exitus amariſſimos affert. Itẽ, Inimi-

H cis te placabilem, amicis inexorabilẽ [l] præbes. Item, In otio tumultuaris, in tumultu ſolus es otioſus.

a L. iuſiu. contemſiſti?
b & ad exaugendam or.
c L. nauus er.
d σπουδαίοις.
D. E.
e al. quàm cõueniat eos veniam impetrare.*
f L. colere nõ poteſt.
g fort. diuitiis præfer.
h L. pediſſequæ ſint.
i al. fit vt ad idẽ verbum non inopia verborum red. ſæp.
k al. cùm ex cõtrariis rebus or.
l al. implacabilem.*

orioſus. In re frigidiſſima cales, in feruẽtiſſima
friges. Tacito cùm opus eſt, clamas: cùm loqui
conuenit, obmuteſcis. Ades? abeſſe vis: abes?
reuerti cupis. In pace bellum quæritas: in bel-
lo pacem deſideras. In concione de virtute
a L. præ ignauia.
loqueris, in prælio per[a] ignauiam tubæ ſoni-
tum perferre non potes. Hoc genere ſi di-
ſtinguemus orationem, & ornati, & graues po
terimus eſſe. 21¶ *Exclamatio* eſt, quæ confi-
cit ſignificationem doloris, aut indignationis
alicuius, per hominis, aut vrbis, aut loci, aut rei
cuiuſpiam compellationem, hoc modo: Te
nunc alloquor, Africane, cuius mortui quo-
que nomen ſplendori, ac decori eſt ciuitati.
Tui clariſſimi nepotes ſuo ſanguine abluerũt
inimicorum crudelitatem. Item, O perfidioſæ
Fregellæ, quàm facilè ſcelere veſtro conta-
P. XXIX.
buiſtis! vt, cuius nitor vrbis Italiam nuper il-
luſtrauit, eius nunc vix fundamentorum reli
b L. reliquiæ remaneant.
quiæ[b] maneant. Item, Bonorum inſidiatores
latrocinio vitam innocentiſſimi cuiuſque pe-
c L. aſſumſiſtis facul.
tiſtis: tantámne ex iniquitate iudiciorum ve-
ſtris calumniis aſſumitis[c] facultatem? Hac ex-
clamatione ſi loco vtemur, & raró, & cùm
rei magnitudo poſtulare videbitur: ad quam
volemus indignationem animum auditoris
adducemus. 22¶ *Interrogatio* non omnis gra
uis eſt, neque concinna, ſed hæc, quę, cùm enu
merata ſunt ea, quæ obſunt cauſæ aduerſario-
riorum, confirmat ſuperiorem orationem,
hoc pacto: Cùm igitur hæc omnia faceres, di-
d L. & vtrùm aliq. *& item R. Steph.*
ceres, adminiſtrares, vtrùm animos ſociorum
ab rep. remouebas, & alienabas, an non? &[d]
vtrúmne aliquem exornari oportuit, qui iſta
prohiberet, ac fieri nõ fineret, an nõ? 23¶ *Ra-
tiocinatio* eſt, per quam nos ipſi à nobis ratio-
nem poſcimus, quare quidque dicamus, & cre
brò noſmet à nobis petimus vniuſcuiuſque
propoſitionis explanationem. Ea eſt huiuſ-
modi: Maiores noſtri ſiquam vnius peccati
mulierem damnabant: ſimplici iudicio mul-
torũ maleficiorum conuictam putabant. Quo
pacto? quoniam, quam impudicam iudica
rant, eam veneficij quoque damnatam exiſti-
mabant. Quid ita? quia neceſſe eſt, eam quæ
ſuum corpus addixerit turpiſſimæ cupiditati,
e L. parẽteis, fratres, cet.
timere plmultos. Quos iſtos? virum, parẽteis[e],
ceteros, ad quos videt ſui dedecoris infamiã
pertinere. Quid poſtea? quos tantopere ti
meat, eos neceſſe eſt, vt, quoquo modo poſſit,
veneficio petat. Cur? quia nulla poteſt honeſta
ratio retinere eam, quã magnitudo peccati
facit timidam, intemperantia audacem, natu-
ra muliebris inconſideratam. Quid veneficij
damnatam? quid? putabant impudicam quo-
que neceſſariò. Quare? quia nulla faciliùs ad
id maleficium cauſa, quàm turpis amor, & in-
temperans libido commouere potuit: cùm,
cuius animus mulieris eſſet corruptus, eius
f L. Quid? in viris idémne &c.
corpus caſtum eſſe non putarint. Quid[f] in vi-
ris? idémne hoc obſeruabant? minimé. Quid
ita? quia viros ad vnumquodque maleficium
ſingulæ cupiditates impellunt: Mulieres ad o-
mnia maleficia cupiditas vna ducit. Itẽ, Bene
maiores noſtri hoc comparauerunt, vt nemi
nem regem, quẽ armis cepiſſent, vita priuarẽt.
Quid ita? quia, quam nobis facultatem fortu-
na dediſſet, iniquum erat in eorum ſupplicio
conſumere, quos eadem fortuna paullo antè
in ampliſſimo ſtatu collocarat. Quid quòd ex-
ercitum cõtrà duxit? deſino meminiſſe. Quid

A ita? quia viri fortis eſt, qui de victoria con-
tendant, eos hoſteis putare: quia victi ſunt,
eos homines iudicare, vt poſſit bellum forti-
tudo minuere, pacem humanitas augere. At
ille, ſi viciſſet, num idem feciſſet? nõ profectò
tam ſapiens fuiſſet. Quid igitur ei parcis? quia
P. a.
talem ſtultitiam contẽnere, non imitari con-
ſueui. Hęc exornatio ad ſermonem vehemen
ter accommodata eſt, & animum auditoris
a L. retinet attentum cùm ven.
reddit[a] attentum, tum venuſtate ſermonis,
B tum rationum expectatione. 24¶ *Sententia*,
eſt oratio ſumta de vita, quæ aut quid ſit, aut
quid eſſe oporteat in vita breuiter oſtendit,
b L. plurimùm virt.
hoc modo. Difficile eſt[b] primùm[c] virtutem
c ideſt, in ipſis agendi primordiis. ſed præſtat, plurimũ hoc ſenſu accipi,. Difficile eſt in magna licẽtia iuſtè viuere.*
reuereri, qui ſemper ſecunda fortuna ſit vſus
Item, Liber[d] is eſt exiſtimandus, qui nulli
turpitudini ſeruit. Item, Egens æquè eſt is, qui
non ſatis habet, & is, cui nihil ſatis poteſt eſſe.
Item, Optima viuendi ratio eſt eligenda. eam
iucundam conſuetudo reddet. Huiuſmodi
C ſententiæ ſimplices, non ſunt improbandæ,
propterea quòd habet breuis expoſitio, ſi ra-
d *al.* Liber eſt is exiſt.
tionis nullius indiget, magnã delectationem.
Sed illud quoque probandum eſt genus ſen-
tentię, quod cõfirmatur ſubiectione rationis,
hoc modo: Omnes bene viuendi rationes in
virtute ſunt collocandæ, propterea quòd ſola
e *al.* præterea.*
virtus in ſua poteſtate eſt: omnia præter[e] eam
ſubiecta ſunt fortunæ dominationi. Item, Qui
D fortunis alicuius inducti amicitiam eius ſecu-
ti ſunt, hi, ſimul ac fortuna dilapſa eſt, deuo-
lãt omnes. Cùm enim receſſit ea res, quæ fuit
conſuetudinis cauſa, nihil ſupereſt, quare poſ-
ſint in amicitia retineri. Sunt item ſententiæ,
quæ[f] dupliciter efferuntur[g], hoc modo ſine
f *vulg.* quæ duplices ef.
ratione: Errant, qui in proſperis rebus omneis
g L. efferuntur, & cum ratione & ſine ratione: ſine ratione hoc modo: Er.
impetus fortunæ ſe[h] putant fugiſſe. Sapien-
ter cogitãt, qui temporibus ſecundis caſus ad-
E uerſos reformidant. Cum ratione, hoc pacto,
Qui adoleſcentium peccatis ignoſci putant
oportere, falluntur, propterea quòd ætas illa
h L. ſe putant effugiſſe.
non eſt impedimento bonis ſtudiis. at hi ſa-
pienter faciunt, qui adoleſcenteis maximè
caſtigant, vt, quibus virtutibus omnem vitam
tueri poſſint, eas in ætate maturiſſima velint
comparare. Sententias interponi raró conue-
nit, vt rei actores, non viuendi præceptores
eſſe videamur. cùm ita interponẽtur, multum
afferent ornamenti. Nam neceſſe eſt animo
F eam comprobet tacitus auditor, cùm ad cau-
ſam videat accommodari rem certam, ex vi-
ta & moribus ſumtam. 25¶ *Contrarium* idem
ferè eſt, quod contẽtio. Contrarium eſt, quod
ex reb. diuerſis duabus, alteram breuiter, &
facilè confirmat, hoc pacto: Nam, qui ſuis ra-
tionibus inimicus fuerit ſemper, eum quomo-
do alienis rebus amicum fore ſperes? Et item,
i *al.* perfidioſum eſſe cog.
Nam, quem in amicitia perfidioſum[i] cogno-
ueris, eum quare putes inimicitias cum fide
G habere poſſe? Et, qui priuatus intolerabili ſu-
k L. & ſui cognoſcentem fore in pot.
perbia fuerit, eum commodum, &[k] ſui cogno
ſcẽtem videre in poteſtate quis ſperet? Et, qui
P. XXX.
in ſermonibus, & cõuentu amicorum verum
dixerit numquã, eum ſibi in concionibus cre-
l L. de coll.
dis à mẽdacio temperaturum? Item, Quos ex[l]
collibus deiecimus, cũ iis in campo metuimus
dimicare? Qui cùm plures erant, paucis nobis
exęquari nõ poterãt: hi poſtq̃ pauciores ſunt,
metuim⁹, ne ſint ſuperiores? Hoc exornationis
genus, breuibus & continuatis verbis perfectũ
eſſe debet, & cùm commodum eſt auditu,

propter breuem & abſolutam concluſionem: cum verò vehementer id, quod opus eſt oratori, comprobat contraria re, & ex eo, quod dubium non eſt, expedit illud, quod dubium eſt, vt aut dilui non poſſit, aut multo difficillimè poſſit. 26¶ *Membrum* orationis appellatur res breuiter abſoluta ſine totius ſententiæ demōſtratione, quæ denuo alio mēbro orationis excipitur. hoc modo: Et inimico proderas. id eſt vnum, quod appellatur mēbrum. deinde hoc excipiatur oportet ab altero, Et amicū lædebas. Ex [a] duobus mēbris hæc exornatio poteſt conſtare: ſed cōmodiſſima & abſolutiſſima eſt quæ ex tribus cōſtat, hoc pacto: Et inimico proderas, & amicum lędebas, & [b] tibi ipſi non conſulebas. Item, nec reipublicæ cōſuluiſti, nec amicis profuiſti, nec inimicis reſtitiſti. 27¶ *Articulus* dicitur, cùm ſingula verba interuallis diſtinguuntur cæſa oratione, hoc modo: Acrimonia, voce, vultu aduerſarios perterruiſti. Item, Inimicos inuidia, iniuriis, potentia, perfidia ſuſtuliſti. Inter huius generis, & illius ſuperioris vehemētiam hoc intereſt, quòd illud tardiùs, & rariùs venit, hoc crebriùs & celeriùs peruenit. Itaque in illo genere, ex remotione brachij, & contortione dexteræ [c] gladius ad corpus afferri: in hoc autem, crebro, & celeri vulnere corpus conſauciari videtur. 28¶ *Continuatio*, eſt dēſa, & continens frequentatio verborum cum abſolutione ſententiarum Ea vtemur commodiſſimè tripertitò[d]: in ſententia, in contrario, in concluſione In ſententia, hoc pacto: Ei non multùm poteſt obeſſe fortuna, qui ſibi firmiꝰ in virtute, quàm in caſu pręſidium collocauit. In contrario, hoc modo: Nam ſi quis ſpei non multum collocarit in caſu, quid eſt, quòd ei magnopere caſus obeſſe poſſit? In concluſione, hoc pacto: Quòd ſi in eos plurimùm fortuna poteſt, qui ſuas rationes omneis in caſum contulerunt: non ſunt omnia committenda fortunæ, ne [e] magnam nimis in nos habeat dominationē. In his tribus generibus ad continuationis vim adeò frequentatio eſt neceſſaria, vt infirma facultas oratoris videatur, niſi ſententiam, & contrarium, & concluſionem frequentibus efferat verbis. Sed & aliàs quoque nonnunquā non alienum eſt, tametſi neceſſe non eſt, eloqui res aliquas per huiuſcemodi continuationes. 29¶ *Compar* appellatur, quod habet in ſe mēbra orationis, de quibus antè diximus, quæ [f] conſtant ex pari ferè numero ſyllabarum. Hoc [g] non de enumeratione noſtra fiet: (nam id quidem puerile eſt) ſed tantum affert vſus & exercitatio facultatis, vt animi quodam ſenſu par membrum ſuperiori referre poſſimus, hoc modó: In prœlio mortem pater oppetebat, domi filius nuptias comparabat: hæc [h] omnia graueis caſus adminiſtrabant. Item, Illi fortuna felicitatem dedit, huic induſtria virtutem comparauit. In hoc genere ſæpe fieri poteſt, vt non planè par ſit numerus ſyllabarum, & tamen eſſe videatur, ſi vna, aut etiam altera ſyllaba eſt alterum breuius: aut ſi cùm in altero plures ſunt, in altero longior aut lōgiores, plenior aut pleniores ſyllabæ erunt: vt longitudo, aut plenitudo harum, multitudinem alterius aſſequatur & exæquet. 30¶ *Similiter cadens*, exornatio dicitur, cùm in eādē conſtructione verborum, duo, aut plura ſunt verba, quæ ſimiliter iiſdem caſibus efferuntur, hoc modo: Hominem laudas egentem virtutis, abundantem felicitatis. Item, Cuius omnis in pecunia ſpes eſt, eius à ſapientia eſt [a] animus remotus. Diligentia cōparat diuitias, negligētia corrumpit animum: & tamen cùm ita viuit, neminem præ ſe ducit hominem. 31¶ *Similiter deſinens* eſt, cùm tametſi caſus non inſunt in verbis, tamen ſimiles exitus ſunt, hoc pacto: Turpiter audes facere, nequiter ſtudes dicere. Viuis inuidioſè, delinquis ſtudioſè, loqueris odioſé. Item, Audacter territas, humiliter placas. Hæc duo genera, quorum alterum in exitus, alterum in caſus ſimilitudine verſatur, inter ſe vehementer conueniunt: & ea re, qui his bene vtuntur, plerumque ſimul ea collocant in iiſdem partibus orationis. Id hoc pacto facere oportet: Perditiſſima ratio eſt amorem petere, pudorem fugere: diligere formam, negligere famam. Hîc & ea verba, quæ caſus habent, ad caſus ſimileis: & illa, quæ non habent, ad ſimileis exitus veniunt. 32¶ *Annominatio* eſt, cùm ad idem verbum, & idem nomen acceditur cōmutatione[b] vnius litteræ, aut litterarū, ſyllabæ aut ſyllabarū: aut ad res diſſimileis ſimilia verba accōmodantur. Ea multis, & variis rationibus cōficitur. *Attenuatione*, aut *complexione eiuſdem litteræ*, ſic: Hic, qui ſe magnificè iactat, atque oſtentat, veniit [c] à te antè, quàm Romam venit. *Ex contrario*: Hic, quos homines alea vincit, eos [d] ferro ſtatim vincit. *Productione* eiuſdem litteræ, hoc modo: Hunc auium dulcedo ducit ad auium. Breuitate eiuſdem litteræ, hoc modo: Hic tametſi videtur eſſe honoris cupidus, tamen non tantùm curiam diligit, quantùm Curiam. *Addendu litteris*, hoc pacto: Hic ſibi poſſet temperare, niſi amori mallet obtemperare. *Demendu* litteris, ſic: Si lenones, tanquam leones vitaſſet, vitæ ſe tradidiſſet. *Transferendu* litteris ſic: Videte, iudices, vtrùm homini nauo an vano credere malitis. Item, Nolo eſſe laudator ne videar adulator. *Commutandu*, hoc modo: Deligere[e] oportet, quem velis diligere. Hę ſunt annominationes, quæ[f] in litteratura, commutatione, breuitate, aut productione, aut tranſlatione, aut aliquo huiuſmodi genere verſantur. *Sunt* autem *aliæ*, quę non habent tam propinquam in verbis ſimilitudinem, & tamen diſſimiles non ſunt: *Quibus de generibus vnum* eſt huiuſmodi. Quid veniam, qui ſim, quare veniam, quem inſimulem, cui proſim, quem poſtulem, breui cognoſcetis. Nam hîc eſt in quibuſdam verbis quędam ſimilitudo non tam affectanda, quàm illę ſuperiores, ſed tamē adhibenda nonnunquam. *Alterum* genus huiuſmodi: Demus operam, Quirites, ne omnino P.C. circunſcripti putentur. Hæc annominatio accedit magis ad ſimilitudinem, quàm [g] illa ſuperior: ſed minus, quàm illę ſuperiores: propterea quòd non ſolùm additæ, ſed vno tempore demtæ quoque litteræ ſunt. *Tertium* genus eſt, quod *verſatur in caſuum commutatione*, aut vnius, aut plurium nominum. *Vnius nominis*, hoc modo: Alexander Macedo ſummo labore animum ad virtutes à [h] pueritia confirmauit. Alexandri virtutes per orbem terræ cum laude & gloria vulgatę ſunt. Alexandrum omnes, vt maximè metuerunt, item plurimùm dilexerunt. Alexandro ſi vita longior data eſſet, Oceanum Macedonum gloria tranſuolaſſet [i]. Variè hîc vnum nomen in commutatione caſuum volutatum eſt. *Plura nomina*

a L. ex duob. membris ſolis, &c.

b L. & tibi ipſe non cōſ.

c al. dextræ

d L. tripartito:

e L. ne nimis magnā in n.

P. B.

a al. quæ cōſtent ex

g L. Hoc non dinumeratione | alii, denumeratione. *

h L. hæc omnia grauis caſus adminiſtrabat.

a L. animus eſt remotus.

b al. commutatione, vel additione v.

c L. veniit antè quàm R.

d L. poſt *Manutium* eos ferro ſtatim vinciit || & cet. vt ſit vinciit, à vincio. *

P. XXXI.

e al. delegere. *

f al. quæ in litterarum breui commutatione, aut productione, &c.

g L. quàm ſuperior:

h L. à pueritia conformauit.

i al. trauolaſſet.

*mina* caſibus commutatis, hoc modo faciunt annominationem: Ti. Gracchum remp. adminiſtrantem indigna prohibuit nex diutius in ea commorari. C. Graccho ſimiliter occiſio oblata eſt, quæ [a] reip. virum amantiſſimum ſubitò de ſinu ciuitatis eripuit. Saturninum fide captum malorum [b] perfidia per ſcelus vita priuauit. Tuus, ô Druſe ſanguis domeſticos parietes, & vultum parẽtis aſperſit. Sulpicium, cui paullo antè omnia concedebant, eum breui ſpatio non modò viuere, ſed etiam ſepeliri prohibuerunt. Hęc tria genera proxima exornationum, quorum vnum in *ſimiliter cadentibus*, alterum in *ſimiliter deſinentibus* verbis, tertium *in annominationibus* poſitum eſt, perrarò ſumenda ſunt, cùm in veritate dicemus: propterea [c] quòd non hæc videntur reperiri poſſe ſine elaboratione & [d] conſumtione operæ. Eiuſmodi autẽ ſtudia ad delectationem, quàm ad veritatem, videntur accommodatiora. Quare fides, & grauitas, & ſeueritas oratoria minuitur his exornationibus frequẽter collocatis: & non modò tollitur auctoritas dicendi, ſed offenditur quoque in eiuſmodi oratione auditor, propterea quòd eſt in his lepos, & feſtiuitas, nõ dignitas, neque pulchritudo. Quare quæ ſunt ampla & pulchra, diu placere poſſunt: quæ lepida & concinna, citò ſatietate afficiunt aurium ſenſum faſtidioſiſſimum. Quo modo igitur, ſi crebrò his generibus vtemur, puerili videbimur elocutione delectari: ita ſi rarò has interſeremus exornationes, & in cauſa tota variè diſpergemus, commodè luminibus diſtinctis illuſtrabimus orationem. 33 ¶ *Subiectio* eſt, cùm interrogamus aduerſarios, aut quærimus ipſi, quid ab illis, aut quid contra nos dici poſſit: deinde ſubiicimus id, quod dici oportet, aut quod non oportet, aut nobis adiumento futurum ſit, aut [e] offuturum illis è contrario, hoc modo, Quęro igitur, vnde iſte tam pecunioſus ſit factus. Amplũ patrimonium relictum eſt? at patris bona venierunt. Hęreditas aliqua obuenit? non [f] poteſt dici, ſed etiam à neceſſariis omnibus exhęredatus eſt. Præmium aliquod ex lite, aut iudicio cepit? non modò id non fecit, ſed etiam inſuper ipſe grãdi ſponſione [g] victus [h] eſt. Ergo ſi his rationibus locupletatus non eſt, ſicut omnes videtis: aut iſti domi naſcitur aurũ, aut vnde licitum non eſt, pecunias accepit. Item, Sæpe, iudices, animaduerti, multos aliqua ex honeſtare, quam ne inimici quidem criminari poſſint, ſibi præſidium petere: quorum nihil poteſt aduerſarius facere. Nam vtrùm ad patris virtutem confugiet? at eum vos iurati capite damnaſtis. An ad ſuam reuertetur antiquam vitam, alicubi [i] honeſtè tractatam? at hic quidem ante oculos veſtros quomodo vixerit, ſcitis omnes. An cognatos ſuos enumerabit, quibus vos conueniat commoueri? at hi quidem nulli ſunt. Amicos proferet? at nemo eſt, qui ſibi non putet turpe, iſtius amicum nominari. Item, Credo, inimicum, quem nocentem putabas, in iudicium adduxiſti: non. nã [k] indemnatum necaſti. Leges, quæ id facere prohibẽt, veritus es? at ne ſcriptas quidem iudicaſti. Cùm ipſe te veteris amicitiæ commonefaceret, commotus [l] es? at nihilo minus, ſed etiam ſtudioſiùs occidiſti. Quid? cùm tibi pueri ad pedes volutarentur, miſericordia motus es? at eorum patrem crudeliſſimè ſepultura quoque prohibuiſti. Multùm ineſt acrimonię, & grauitatis in hac exornatione, propterea quòd, cùm quæſitum eſt, quid oporteat, ſubiicitur id non eſſe factum. Quare facillimè fit, vt augeatur indignitas negotij. Ex eodem genere, vt ad noſtram quoque perſonam referamus ſubiectionem, ſic: [a] Nam quid me facere cõueniret [b], cùm à tanta Gallorum multitudine circumſederer [c]? an [d] dimicarem? at cum parua manu tum [e] prodiremus, locũ quoque inimiciſſimum [f] habebamus. Sederem in caſtris? at neque ſubſidium, quod exſpectarem, habebamus, neque erat quo vitam produceremus. Caſtra relinquerem? at obſidebamur. Vitam militum negligerem? at [g] ea videbar eos accepiſſe conditione, vt quoad poſſem, incolumeis patriæ & parentibus conſeruarem. Hoſtium conditionem repudiarem? at ſalus antiquior eſt militum quàm impedimẽtorum. Huiuſmodi [h] conſequuntur identidem ſubiectiones, vt ex omnibus oſtendi videatur, nihil potius, quàm quòd factum ſit, faciendum fuiſſe. 34 ¶ *Gradatio* eſt, in qua non antè ad conſequens verbum deſcenditur, quàm [i] ad ſuperius conſcenſum eſt, hoc modo. Nam [k] quæ reliqua ſpes manet libertatis, ſi illis & quod libet, licet: & quod licet, poſſunt: & quod poſſunt, audent: & quod audent, faciũt: & quod faciunt, vobis moleſtum non eſt? Item, Non [l] ſenſi [m] hoc, & non ſuaſi: neque ſuaſi, & non ipſe ſtatim facere cœpi: neque facere cœpi, & non perfeci: neque perfeci, & non probaui. Item, Africano induſtria virtutem, virtus gloriam, gloria æmulos comparauit. Item, Imperium Græciæ fuit [n] apud Athenienſeis, Athenienſium potiti ſunt Spartiatæ, Spartiatas ſuperauere Thebani, Thebanos Macedones vicerunt, qui ad imperium Græciæ breui tempore adiunxerunt Aſiam bello ſubactam. Habet in ſe quendam lepôrem ſuperioris cuiuſque crebra repetitio verbi, quæ propria eſt huius exornationis. 35 ¶ *Definitio* eſt, quæ rei alicuius proprias amplectitur poteſtates breuiter & abſolutè, hoc modo, Maieſtas reipublicę eſt, in qua continetur dignitas & amplitudo ciuitatis. Item, Iniuriæ ſunt, quæ aut pulſatione corpus, aut conuitio aureis, aut aliqua turpitudine vitam cuiuſpiam violant. Item, Non eſt iſta diligentia, ſed auaritia, ideo quòd diligentia, eſt accurata conſeruatio ſuorum, auaritia [o], iniurioſa appetitio alienorum. Item, Non eſt iſta fortitudo, ſed temeritas, propterea quòd fortitudo, eſt contemtio laboris, & periculi cum ratione vtilitatis, & compenſatione commodorum, temeritas eſt cum inconſiderata laborum [p] perpeſſione gladiatoria periculorum ſuſceptio. Hęc ideò commoda putatur exornatio, quòd [q] omnem rei cuiuſpiam vim, & poteſtatem ita dilucidè proponit, & breuiter explicat, vt neque pluribus verbis oportuiſſe dici videatur, neq; [r] lucidius potuiſſe dici putetur. 36 ¶ *Tranſitio* vocatur, quæ cùm oſtẽdit breuiter quod [s] dictũ ſit, proponit itẽ breui quod conſequatur, hoc modo, In patriã cuiuſmodi fuerit, habetis, [t] nũc in parenteis qualis extiterit, conſiderate. Item, Mea in iſtum beneficia cognoſcitis, nunc, quomodo iſte mihi gratiam retulerit, accipite. Proficit hæc aliquãtum exornatio ad duas res. nam & quid dixerit commonet, & ad reliquum comparat auditorem. 37 ¶ *Correctio*

a L. quæ virum reip. amant.
b L. maiorum al. maiorum natu perf.
c L. propterea quod hæc reperiri poſſe non videntur
d L. & operæ cõſumtione.
B. B.
e L. aut illis obfuturum
f L. fort. non modo nõ poteſt dici.
g quidã. vul. vinctus eſt.
h Sponſione vincere dixit vt in or. pro Quint. Porro quid ſponſio ac ſponſione vincere, aliâs dixi.*
i al. alicui: al. alibi.*
k L. nam cum ind.
l L. miſericordia commotus es?

a al. fit ſic.*
b al. conuenit,
c al. circunſiderer?
d dimicarẽ?
e al. cùm.*
f forte iniquiſſimum al. immunitiſſimũ.
g L. at eos videbar ea acc. cond.
h Eiuſmodi.
P. XXXII.
i L. quàm ad ſuperius aſcenſum eſt.
k L. Nã quæ ſpes reliqua libertatis manet, ſi illis
l L. Neque ſenſi hoc,
m ſimilis gradatio in Demoſthenis oratione pro Cteſiphon.*
n al. fuit penes Athenienſeis.
o L. auaritia verò.
p al. dolorũ.*
q L. quia omnem:
r al. dilucidiùs
s L. quid dictũ ſit, prop. item breui, quid ſequatur, h. m.
t L. nunc quã iſte mihi gr.

eſt, quæ tollit id, quod dictum eſt, & pro eo A
id quod magis idoneum videtur, reponit, hoc
pacto: Quòd ſi iſte ſuos hoſpites rogaſſet,
immò ſi inueniſſet modò: hoc facilè[a] perfici
poſſet. Item, Nam[b] poſtquàm iſti vicerunt,
atque adeò victi ſunt, eam quomodo victo-
riam appellem, quæ victoribus plus cala-
mitatis, quàm boni dederit? O virtutis comes
inuidia, quæ bonos inſéqueris plerumque, at-
que adeò inſectaris! Commouetur hoc gene-
re animus auditoris. Res enim communi ver B
bo elata, tantummodo dicta videtur[c]: ea poſt
ipſius oratoris correctionem magis idonea fit
pronuntiatione. Non igitur ſatius eſſet, dicet
aliquis, ab initio, præſertim cùm ſcribas, ad
optimum, &[d] electiſſimum verbum deueni-
re? Eſt cùm non eſt ſatius, ſi commutatio ver
bi id erit demonſtratura, eiuſmodi rem eſſe,
vt, cùm eam communi verbo appellâris, le-
uius dixiſſe videaris: cùm ad electius verbum
accedas, inſigniorem[e] rem facias. quòd ſi con- C
tinuò veniſſes ad id verbum: nec rei, nec ver
bi gratia animaduerſa eſſet. 38 ¶ *Occupatio* eſt,
cùm dicimus, nos præterire, aut non ſcire, aut
nolle dicere id, quod tunc maximè dicimus,
hoc modo: Nam de pueritia quidem tua, quã
tu omni intemperantiæ addixiſti, dicerem, ſi
hoc tempus idoneum putarem: nunc conſul-
tò relinquo. Et illud prætereo, quòd[f] rei mi-
litaris te infrequentem reddidiſti. Deinde
quòd iniuriarum ſatisfeciſti L. Labeoni, nihil D
ad rem pertinere puto. Horum nihil dico: re-
uertor ad illud, de quo iudicium eſt. Item,
Non dico te ab ſociis pecunias accepiſſe: non
ſum in eo occupatus, quòd ciuitates, regna,
domos omnium depeculatus es: furta, rapi-
nas[g] tuas omneis omitto. Hęc vtilis eſt exor-
natio, ſi aut rem, quam[h] non pertineat aliis
oſtendere, occultè admonuiſſe prodeſt, aut
ſi longum eſt, aut ignobile, aut planum, aut
non poteſt fieri, aut facilè poteſt reprehendi: E
vt vtilius ſit occultè feciſſe[i] ſuſpicionẽ, quàm
huiuſmodi intendiſſe orationem[k], quæ redar
guatur. 39 ¶ *Diſiunctio* eſt, cùm eorum, de
quibus dicimus, aut vtrumque, aut vnũquod-
que certo concluditur verbo, ſic: Populus Ro
manus Numantiam deleuit, Karthaginem ſu-
ſtulit, Corinthum diſiecit, Fregellas euertit.
Nihil Numantinis vires corporis auxiliatæ
ſunt, nihil Karthaginiẽſibus ſcientia rei mili-
taris adiumento fuit, nihil Corinthiis erudi F
ta calliditas præſidij tulit, nihil Fregellanis
morum & ſermonis ſocietas opitulata eſt.
Item, formæ dignitas aut morbo deflorescit,
aut vetuſtate extinguitur. Hîc vtrumque, &
in ſuperiore exemplo vnamquámque rem cer-
to verbo concludi videmus. 40 ¶ *Coniunctio*
eſt, cùm interpoſitione verbi & ſuperiores o-
rationis partes comprehenduntur, & inferio-
res, hoc modo: Formæ dignitas aut morbo
deflorescit, aut vetuſtate. 41 ¶ *Adiunctio* eſt,
cùm verbum, quo res comprehenditur, non G
interponimus, ſed aut primũ aut poſtremum
collocamus. Primũ, hoc pacto: Deflorescit for
mæ dignitas aut morbo, aut vetuſtate. Poſtre-
mum ſic: Aut morbo, aut vetuſtate formæ
dignitas deflorescit. Ad feſtiuitatem diſiun-
ctio eſt appoſita. quare rariùs vtemur ea, ne
ſatietatem pariat.[l] Breuitatem parit coniun-
ctio, quare ſæpius adhibenda eſt. Hæ tres
exornationes de ſimplici genere manant. H
42 ¶ *Conduplicatio* eſt, cum ratione amplifi-

a *al.* facilè poſſet.* P. B.
b L. Itẽ poſtquàm iſti vicerũt, atque adeo victi ſunt: nã quo modo vict. app.
c L. videtur: poſt ipſius or. corr.
d L. & lectiſ.
e L. inſigniorem facias.
f *al.* quòd te rei militari infrequẽtem tradid. ‖ *al.* quòd te tribuni infrequentem rei militaris tradide runt.*
g L. rap. omn. t. prætermitto.
h L. quã non attineat aliis oſt.
i *al.* ieciſſe.
k L. accuſationem, quæ.
P. XXXIII.
l L. pariat: ad breuitatẽ coniunctio. quare &c. & ita Car. Steph. & Colin.

A cationis, aut cõmiſerationis[a], eiuſdem vnius,
aut plurium verborum iteratio, hoc modo:
Tumultus C. Gracchi, tumultus domeſticos
& inteſtinos comparat[b]. Item, Commotus
non es, cùm tibi mater pedes amplexaretur,
non es commotus. Item, Nunc etiam audes
in horum conſpectum venire, proditor pa-
triæ, proditor, inquam, patriæ, venire audes
in horum conſpectum? Vehementer audito-
rem commouet eiuſdem redintegratio verbi,
B & vulnus maius efficit in contrario[c] cauſæ,
quaſi aliquod telum ſæpius perueniat in ean-
dem partem corporis. 43 ¶ *Interpretatio* eſt,
quæ non iterans idem redintegrat verbum,
ſed id commutat, quod poſitum eſt, alio ver-
bo, quod idem valeat, hoc modo: Remp. ra-
dicitus euertiſti, ciuitatem funditus deieciſti.
Item, Patrem nefariè verberaſti, parenti ma-
nus ſceleratè intuliſti. Neceſſe eſt eius, qui
audit, animum commoueri, cùm grauitas
C prioris dicti renouatur interpretatione ver-
borum. 44 ¶ *Commutatio* eſt. cùm duæ ſenten
tiæ inter ſe diſcrepantes ex tranſiectione ita
efferuntur, vt à priore poſterior, contraria
priori, proficiſcatur, hoc modo: Eſſe oportet,
vt viuas: non viuere, vt[d] edas. Item, Ea re
poemata non facio: quia cuiuſmodi volo, nõ
poſſum: cuiuſmodi poſſum, nolo. Item, quæ
de illo dicuntur, dici non poſſunt, quæ dici
poſſunt, non dicuntur. Item, Si poema loquẽs
D pictura eſt: pictura tacitum poema debet eſ-
ſe. Item, Quia ſtultus es, ea re taces: non ta-
men, quia taces, ea re ſtultus es. Non poteſt di
ci, quin commodè fiat, cùm[e] contrariæ ſen-
tentiæ tranſlatione, verba quoque conuertan
tur. Plura[f] ſubiecimus exempla, vt, quoniam
difficile eſt hoc genus exornationis inuentu,
dilucidum eſſet, vt, cum bene eſſet intelle-
ctũ, faciliùs in dicendo inueniretur. 45 ¶ *Per-
miſſio* eſt, cùm oſtendimus in dicendo nos a-
E liquam rem totam tradere & concedere ali-
cuius voluntati, ſic: Quoniam omnibus rebus
ereptis ſolùm mihi ſupereſt animus & cor-
pus, hæc ipſa, quæ mihi de multis ſola relicta
ſunt, vobis & veſtræ condono poteſtati. Vos
me, quo pacto vobis[g] videtur, vtamini, atque
abutamini licebit, impunè: in me, quicquid li-
bet, ſtatuite[h], dicite, atque[i] obtemperabo.
Hoc genus tametſi aliâs quoque nõnunquam
tractandum eſt, tamẽ ad miſericordiam cõmo
F uendam vehementiſſimè eſt accommodatũ.
46 ¶ *Dubitatio* eſt, cùm quærere videtur ora-
tor, vtrum de duobus potiùs, aut quid de plu
ribus potiſſimùm dicat, hoc modo: Obfuit
eo tempore plurimùm reipublicæ conſulum
ſiue ſtultitiam, ſiue malitiam dicere oportet,
ſiue vtrumque. Item, Tu iſtud auſus es dice-
re, homo omnium mortalium? quæro, quõnã
te digno moribus tuis appellem nomine.
47 ¶ *Expeditio* eſt, cùm rationibus complu-
G ribus enumeratis, quibus aliqua res aut fieri,
aut non fieri potuerit, ceteræ tolluntur, vna
relinquitur, quam nos intendimus, hoc mo-
do: Neceſſe eſt, cùm conſtet iſtum noſtrum
fundum fuiſſe, oſtendas, te aut vacuum poſſe-
diſſe, aut vſu tuum feciſſe, aut emiſſe, aut hę-
reditate tibi veniſſe. Vacuum, cùm ego adeſ-
ſem, poſſidere non potuiſti. tuum vſu feciſſe
etiamnum[k] non potes: emtio nulla profer-
tur. hęreditate tibi, me viuo mea pecunia ve-
H nire non potuit. Relinquitur ergo, vt me vi
de meo fundo deieceris. Hæc exornatio plu-
rimum

a dicti quibuſdam. *al.* commoratio. nis.
b L. comparauit.
c *al.* contraria cauſa.
d *fort.* vt edis.
e L. cùm in cõtrariæ ſententiæ relatione, verba q.
f L. Plura hîc ſubiec.
g L. vobis videbitur,
h L. ſtatuite, edicite: atque obtemperabo. *al. ſic,* ſtatuite, edicite: obtẽperabo.
i id eſt ſtatim vide. 10. Gellii. 29.*
P. B.
k L. etiam nunc.

rimùm iuuabit coniecturaleis argumentationes. ſed non erit, tanquam in pleriſque, vt, cùm velimus, ea poſſimus vti. nam facere id non poterimus, niſi nobis ipſa negotij natura dabit facultatem. 48 ¶ *Diſſolutio* eſt, quæ coniunctionibus verborum è medio ſublatis, partibus[a] ſeparatis effertur, hoc modo: Gere morem parenti, pare cognatis, obſéquere amicis, obtempera legibus. Item, Deſcende in integram defenſionem: noli quidquam recuſare: da ſeruos in quæſtionem: ſtude verum inuenire. Hoc genus & acrimoniam habet in ſe, & vehementiſſimum eſt, & ad breuitatem accommodatum. 49 ¶ *Præciſio* eſt, cùm, dictis quibuſdam, reliquum, quod cœptum eſt dici, relinquitur[b] in audientum iudicio, ſic: Mihi[c] tecum præcertatio non eſt, ideo quòd populus R. me nolo dicere, ne cui fortè arrogans videar: te autem ſæpe ignominia dignum putauit. Item, Tu[d] iſta nunc audes dicere, qui nuper alienæ[e] domui? non auſim dicere, ne, cùm te digna dixero, me indignũ quidpiam dixiſſe videar. Hîc atrocior tacita ſuſpicio, quàm diſerta explanatio facta eſt. 50 ¶ *Concluſio* eſt, quæ breui argumentatione ex iis, quæ antè dicta ſunt, aut facta, conficit id, quod neceſſariò conſequatur, hoc modo: Quòd ſi Danais datum[f] erat oraculum, non poſſe capi Troiam ſine Philoctetæ ſagittis, hæ autem nihil aliud fecerunt, niſi Alexandrum perculerunt: hunc extinguere, id nimirum capi[g] fuit Troiam. 51 ¶ RESTANT etiam decem exornationes verborum, quas idcircò non vagè diſperſimus, ſed à ſuperioribus ſeparauimus, quòd omnes in vno genere poſitæ ſunt. Nam earum omnium hoc proprium eſt, vt ab vſitata verborum poteſtate recedatur, atque in aliam rationem cum quadam venuſtate oratio conferatur. De quibus exornationibus *Nominatio* eſt prima, quæ nos admonet, vt, cui rei nomen aut non ſit, aut ſatis idoneum non ſit, eam noſmet idoneo verbo nominemus, aut imitationis, aut ſignificationis cauſa. Imitationis[h] hoc modo, vt maiores rúdere, & vagire, & mugire, & murmurare, & ſibilare appellauerunt. Significandæ rei cauſa, ſic: Poſtquam iſte in rempub. fecit impetum, fragor ciuitatis in primis eſt auditus. Hoc genere ratò, vtendum[i] eſt, ne noui verbi aſſiduitas odium pariat: ſed ſi commodè quis eo vtatur, & ratò, non modò nõ offendet nouitate, ſed[k] exornabit etiam orationem. 52 ¶ *Pronominatio* eſt, quæ ſicuti cognomine quodam extraneo demonſtrat id, quod ſuo nomine appellari non poteſt, vt, ſi quis, cùm loquatur de Gracchis: At non Africani nepotes, inquiet, iſtiuſmodi fuerunt. Item, ſiquis, de[l] aduerſario dicat: Videte nunc, inquit, iudices, quemadmodum me Plagioſippus[m] iſte tractarit. Hoc pacto non inornatè poterimus & in laudando, & in lædendo, aut[n] in copore, aut in animo, aut in extraneis rebus dicere, ſicuti cognomen, quod pro certo nomine collocamus. 53 ¶ *Denominatio* eſt, quæ à propinquis & finitimis rebus trahit orationem, qua poſſit intelligi res, quæ non ſuo vocabulo ſit appellata. Id aut *ab inuentore* conficitur, vt ſi quis de Tarpeio loquens, eum Capitolinum nominet: aut *ab inuento*, vt ſi quis pro Libero vinũ, pro Cerere frugem appellet: Aut ab *inſtrumento* dominum, vt ſi quis Macedonas appellarit, hoc modo: Non tam citò Sariſſæ[o] Græcia po-

a *al.* ſeparatis partib.

b *al.* relinquitur inchoatum in.
c L. Mihi tecum par certatio nõ eſt,
d L. Tu iſtud audes d.
e *al.* alienæ domi.

f *al.* editum

g *al.* capere Troiam fuit.

h L. Imitationis cauſa, hoc modo,

P. XXXIIII.

i L. eſt vtendum,
k L. ſed etiã exor. or.

l L. de aduerſario cùm dicat: Vid.
m *al.* Plagioxiphus: *al.* philoxiphus. vt Philippus ſignificetur. Priſcianus libro 10. hunc locum citans legit, Plagioxippus.
n L. aut corpore, aut animo, aut extra. reb. dicere, ſicuti cog. pro. c. n.
o hoc eſt Macedones. Eſt autem Sariſſa, haſta Macedonica teſte Feſto.*

A titæ ſunt: Aut idem Gallos ſignificans dicat, Nec tam facilè ex Italia materis[a] tranſalpina depulſa eſt: Aut id, quod fit, *ab eo, qui facit*, vt, ſiquis, cùm bello velit oſtẽdêre aliquid quempiã feciſſe, dicat: Mars[b] iſtud te facere neceſſariò coegit: Aut ſi, quod facit, *ab eo, quod fit*, vt, cùm deſidioſam artẽ dicemus, quia deſidioſos facit: & frig[9] pigrũ, quia pigros facit[c]. *ab eo, quod continet*, id, quod continetur, hoc modo denominabitur: Armis Italia non poteſt vinci, nec
B Græcia diſciplinis. nã hîc pro Græcis & Italis, quę cõtinent, notata ſunt. *Ab eo, quod cõtinetur*, id, quod continet, vt, ſi quis aurũ, vel argentũ, aut[d] ebur nominet, cùm diuitias velit nominare. Harũ omniũ denominationũ magis in præcipiendo diuiſio, quàm in quærendo difficilis inuentio eſt, ideò quòd plena conſuetudo eſt non modò poetarum & oratorum, ſed etiam quotidiani ſermonis, huiuſmodi denominationum. 54 ¶ *Circuitio*, eſt oratio rẽ
C ſimplicem aſſumptam circumſcribens elocutione, hoc pacto: Scipionis prouidentia Karthaginis opes fregit. Nam hîc, niſi ornandi ratio quædam eſſet habita, Scipio potuit, & Karthago ſimpliciter appellari. 55 ¶ *Tranſgreſſio* eſt, quę verborum perturbat ordinem peruerſione, aut tranſiectione. *Peruerſione* ſic: Hoc vobis deos immortaleis arbitror dediſſe virtute pro veſtra. *Tranſiectione*, hoc modo: Inſtabilis in iſtum plurimùm fortuna valuit. Item,
D Omneis[e] inuidioſè eripuit tibi bene viuendi caſus facultates. Huiuſmodi tranſiectio, quæ rem non reddit obſcuram, multùm proderit ad cõtinuationes, de quibus antè dictum eſt: in quibus oportet[f] verba, ſicut à poetis, in quendam extruere numerum, vt perfectè & perpolitiſſimè poſſint eſſe abſolutæ. 56 ¶ *Superlatio*, eſt oratio ſuperans veritatem, alicuius augendi, minuendíue cauſa. Hæc ſumitur ſeparatim, aut cum comparatione. *Separatim*
E ſic: Quòd ſi concordiam retinebimus in ciuitate: imperij magnitudinem ſolis ortu, atque occaſu metiemur. *Cum comparatione*, aut à ſimilitudine, aut à præſtantia ſuperlatio ſumitur: *A ſimilitudine* ſic: Corpore niueum candorem, aſpectu igneum ardorem aſſequebatur. *A præſtantia* hoc modo: Cuius[g] ore ſermo melle dulcior profluebat. Eodem[h] genere hoc eſt, Tantus erat in armis ſplendor, vt ſolis fulgor obſcurior videretur. 57 ¶ *Intellectio*
F eſt, cùm res tota parua de parte cognoſcitur, aut de toto pars. *De parte totum* ſic intelligitur. Non illæ te nuptiales tibiæ[i] eius matrimonij commonebant? Nam hîc omnis ſanctimonia nuptiarum, vno ſigno tibiarum intelligitur. *De toto pars*, vt ſiquis ei, qui veſtitum, aut ornatum ſumtuoſum oſtentet, dicat, Oſtentas mihi diuitias, & locupleteis copias iactas. *Ab vno plura* intelliguntur, hoc modo: Pœno fuit Hiſpanus auxilio, fuit immanis il-
G le tranſalpinus: in Italia quoque idem non nemo togatus ſenſit. *A pluribus vnum* ſic intelligitur: Atrox calamitas pectora mœrore pulſabat. Itaque anhelans ex imis pulmonibus præ cura ſpiritus ducebatur. Nam in ſuperioribus plures Hiſpani, & Galli, & togati, hîc vnum pectus, & vnus pulmo intelligitur: & erit illic diminutus[k] numerus feſtiuitatis, hîc adauctus grauitatis gratia. 58 ¶ *Abuſio* eſt, quæ verbo ſimili, & propinquo, pro certo
H & proprio abutitur, hoc modo: Vires hominis breues ſunt, aut parua ſtatura, aut longum in

a Materis, telum quo vtebantur Galli. Nonius c. 18. de genere armorum, in Lancea 26. ex Siſenna 4. hiſtoriarum Gallia materibus: Sueui, lanceis conficiunt. Ibidem, Alii materibus aut lanceis medium perturbãt agmen. Hoc autẽ verbo, Materis, Cicero Gallos ipſos intelligit: vt & paulò antè, Sariſſarum voce Macedonas. vox eadem Materis apud Liuium extat libro 7.*
b L. Mars iſtud neceſſariò te facere coegit.
c L. efficit.
d L. vel ebur nom.

e *al.* Omneis eripuit tibi bene viuendi caſus facul.

P. B.

f L. oportet verba ſicut ad poeticum quendam extr. nũ. vt perfectè, & perpolitè &c.

g L. Cuius ex ore ſermo.
h L. Ex eod. gen.

i *al.* tædæ.

k L. deminutus numerus, feſtiuitatis cauſa: hic adauctus gra.

homine conſilium, aut oratio magna, aut vti pauco ſermone. Nam hîc facile eſt intellectu, finitima verba rerum diſſimilium, ratione abuſionis, eſſe traducta. 59¶ *Tranſlatio* eſt, cùm verbum in quandam rem transfertur ex alia re, quod propter ſimilitudinem rectè videtur poſſe transferri. *Ea vtimur rei ante oculos ponendæ cauſa*, ſic: Hic Italiam tumultus expergefecit terrore ſubito. *Breuitatis cauſa*, ſic: Recens aduentus exercitus ſubitò ciuitatem exſtinxit. *Obſcœnitatis vitandæ cauſa*, ſic: Cuius mater quotidianis nuptiis delectatur. *Augendi cauſa*, ſic: Nullius [a] mœror, & calamitas iſtius explere inimicitias, & nefariam ſaturare crudelitatem potuit. *Minuendi cauſa*, ſic: Magno ſe prædicat auxilio fuiſſe, quia paullulum in rebus [b] difficillimis aſpirauit. *Ornandi cauſa*, ſic: Aliquando reip. rationes, quæ malitia nocentum [c] exaruerunt, virtute optimatum [d] reuireſcunt [e]. Tranſlationē dicunt pudētem eſſe oportere, vt cum ratione in conſimilem rē tranſeat, ne ſine delectu [f] temere & cupidè videatur in diſſimilem trāſcurriſſe. 60¶ *Permutatio*, eſt oratio, aliud verbis, aliud ſententia demonſtrans. Ea diuiditur in treis parteis, ſimilitudinem, argumentum, contrarium. *Per ſimilitudinem ſumitur*, cùm tranſlationes, vna, aut plures frequenter ponuntur à ſimplici ratione ductæ ſic: Nam cùm canes fungantur officiis luporum, cuínam præſidio pecuaria [g] credemus? *Per argumentum tractatur*, cùm à perſona, aut à loco, aut à re aliqua, ſimilitudo, augendi, aut minuendi cauſa, ducitur: vt [h] ſiquis Druſum, Gracchum, Numitorem [i] obſoletum dicat. *Ex contrario* ducitur ſic, vt ſiquis hominem prodigum & luxurioſum illudens, parcum & diligentem appellet. Et in hoc poſtremo, quod ex contrario ſumitur: & in illo primo, quod à ſimilitudine ducitur, per tranſlationem argumento poterimus vti. Per ſimilitudinem, ſic: Quid ait hic rex atque Agamemnon noſter, ſiue [k], vt crudelitas eſt, potius Atreus? Ex contrario, ſiquem impium, qui patrem verberauerit, Æneam vocemus: intemperantem & adulterum, Hippolytum nominemus. 61¶ Hæc ſunt ferè, quæ dicenda videbantur de verborum exornationibus.

¶ Nunc res ipſa monet, vt deinceps *ad ſententiarum exornationes tranſeamus*. *Diſtributio* eſt, cùm in plureis res, aut [l] perſonas certas negotia quædam diſpertiuntur, hoc modo: Qui veſtrûm, iudices, nomen ſenatus diligit, hūc oderit neceſſe eſt. petulātiſſimè enim ſemper iſte oppugnauit ſenatū. Qui equeſtrē locū, ſplendidiſſimum cupit eſſe in ciuitate, is oportet iſtum maximas pœnas dediſſe velit, ne iſte ſua turpitudine ordini honeſtiſſimo maculæ, atque dedecori ſit. Qui parenteis habetis, oſtendite iſtius ſupplicio, vobis homines impios non placere. Quibus liberi ſunt, ſtatuite exemplum, quantæ pœnæ in ciuitate ſint hominibus [l] huiuſmodi comparatæ. Item, Senatus [m] officium eſt, conſilio ciuitatem iuuare: Magiſtratus officium eſt, opera & diligentia conſequi voluntatem ſenatus Populi officium eſt, res optimas, & homines idoneos [n] maximè ſuis ſententiis eligere, & probare. Accuſatoris officium eſt, inferre [o] crimina: Defenſoris diluere & propulſare. Teſtis eſt, dicere, quæ ſcierit, aut audierit: Quæſitoris eſt, vnumquemque horum in officio ſuo continere. Quare, L. Caſſi, ſi teſtem, præterquam quod ſciat, aut audierit, argumentari, & [a] cōiectura proſequi patieris: ius accuſatoris cum iure teſtimonij commiſcebis, teſtis improbi cupiditatem confirmabis, reo duplicē defenſionem parabis. Eſt hæc exornatio copioſa. Comprehendit enim breui multa, & ſuū cuique tribuens officium ſeparat, & [b] res diuidit plureis. 62¶ *Licentia* eſt, cùm apud eos, quos aut vereri, aut metuere debemus, tamē aliquid pro iure noſtro dicimus, quod eos minimè offendat, aut quos ij diligunt, cùm in aliquo errato verè reprehendi poſſe videātur, hoc modo: Miramini, Quirites, quòd ab omnibus veſtræ rationes deſerantur? quod cauſam veſtrā nemo ſuſcipiat? quòd ſe nemo veſtri defenſorē profiteatur? id tribuite veſtræ culpæ, atque deſinite iſtud mirari. Quid enim eſt, quare nō omneis iſtam rem fugere, ac vitare debeant? Recordamini, quos habueritis defenſores. ſtudia eorum vobis ante [c] oculos proponite: deinde exitus [d] omnium conſiderate. tum vobis veniet in mentem, vt verè dicam, negligentia veſtra, ſiue ignauia potiùs, illos omneis ante oculos veſtros trucidatos eſſe, inimicos eorū veſtris ſuffragiis in ampliſſimum locum perueniſſe. Item, Nam quid fuit, iudices, quare in ſententiis ferendis dubitaueritis, aut iſtū hominem nefarium ampliaueritis? non apertiſſimæ res erant crimini datæ? non omnes hæ teſtibus comprobatæ? non contrà tenuiter, & nugatoriè reſponſum? Hîc vos veriti eſtis, ſi primo cœtu [e] condemnaſſetis, ne crudeles exiſtimaremini [f]. Dum eam vitaſtis vituperationem, quæ longè à vobis erat afutura [g], eā inueniſtis, vt timidi, atque ignaui putaremini. Maximas, & priuatas, & publicas calamitates accepiſtis, cùm etiam maiores impendere videātur, ſedetis, & oſcitamini. Luce noctē, nocte lucem exſpectatis. Aliquid quotidie acerbi, atque incommodi nūtiatur, & eum, cuius opera vobis hęc accidūt, remoramini [h] diutius & alitis, ac reip. perniciē retinetis, quoad poteſtis, in ciuitate. Eiuſmodi licentia ſi nimiùm videbitur acrimoniæ habere, multis mitigationibus lenietur. Nam continuò aliquid huiuſmodi licebit inferre. Hìc ego virtutem veſtram quęro, ſapientiam deſidero, veterē conſuetudinem requiro, vt, quod erit commotū licentia, id laude mitigetur, vt altera res ab [i] iracundia & moleſtia remoueat, altera res ab errato deterreat. Hæc res, ſicut in amicitia, ita in dicendo, ſi loco fit maximè, facit, vt & illi, qui [k] audient, à culpa abſint, & nos, qui dicimus, amici eorum, & veritatis eſſe videamur. Eſt autem quoddam genus licentiæ in dicendo, quod aſtutiore ratione comparatur, cùm aut ita obiurgamus eos, qui audiunt, quomodo ipſi ſe cupiunt obiurgari, aut id, quod ſcimus facilè omneis audituros, dicimus nos timere quomodo accipiant, ſed tamen veritate commoueri, vt nihilo ſecius dicamus. Horum amborum generum exempla ſubiiciemus. Prioris, huiuſmodi, Nimiùm, Quirites, animis eſtis ſimplicibus, & manſuetis, nimiùm creditis vnicuique. exiſtimatis vnumquemque eniti, vt perficiat, quæ vobis pollicitus ſit: erratis, & fruſtrà falſa ſpe iam diu detinemini, ſtultitia veſtra eſt, quia, quod erat in veſtra poteſtate, ab aliis petere, quàm [l] ipſi ſumere maluiſtis. poſterioris licentiæ hoc erit exemplum. Mi-

hi cum

---

a al. facillimis. & ita Vrſinus. *

b L. Nullus vrbis mœror, & calamitas, &c.

c L. nocentiū exaruerant,

d L. optimatium.

e al. reuireſcent. *

P. XXXV.

f L. dilectu

g al. pecua, vel pecuda, ſic enim veteres Imò & Cicero 4. de Republica teſte Nonio c. 2. in pecua, & in Pompeiana, teſte Seruio. *

h L. vt ſiquis Druſum, munitorem obſoletum dicat.

i al. Munitorémque. Turneb. 20. Aduerſ. 25. al. vt ſi quis Druſum, Numitorem obſoletum dicat. *

k L. ſiue potiùs, vt crudelitas eſt, Atr.

l al. aut perſonas, negotia quædam certa diſp.

m L. hominibus iſtiuſmodi compar.

n L. maximè idon.

o al. deferre. *

a L. & coniecturam perſequi.

b L. & in res diuidit plureis.

P. B.

c L. ante oculos ponite:

d L. omnium exitus.

e hoc eſt prima actione Turneb. 20. Aduerſ. 25.

f L. exiſtimaremini?

g vulg. abfutura, mendoſè

h L. vos remoramini diutius, & alitis, atq. ad reip. pern.

i L. ab iracūdiæ moleſtiarem.

k L. qui audiunt,

l L. quàm vos ipſi ſ.

hi cum iſto,iudices,fuit amicitia,ſed iſta ta- A
men amicitia,tametſi[a] vereor quomodo ac-
cepturi ſitis, vos me priuaſtis. Quid ita?quia
vt vobis eſſem probatus, eum, qui vos oppu
gnabat,inimicum, quàm amicum habere ma-
lui. Ergo hæc exornatio,cui licentiæ nomen
eſt, ſicuti demonſtrauimus, duplici ratione
tractabitur: acrimonia, quæ ſi nimiùm fuerit
aſpera mitigabitur laude: & [b] aſſimulatione,
de[c] qua ſuperiùs diximus, quæ non indiget
mitigationis,propterea quòd imitatur licen- B
tiam, & ſua ſponte ad animum auditoris ſe
accommodat. 63 ¶*Diminutio*[d] eſt, cùm ali-
quid eſſe[e] nobis,aut in iis, quos defendimus,
aut natura, aut fortuna, aut induſtria dice-
mus[f] egregium: quod,ne qua ſignificetur ar-
rogans oſtentatio,diminuitur,[g] & attenuatur
oratione,hoc modo:Nam hoc pro meo iure,
iudices, dico, me labore, & induſtria curaſſe,
vt diſciplinam militarem non in poſtremis
tenerem. Hîc ſiquis dixiſſet,vt optimè tene- C
rem, tametſi verè dixiſſet, tamen arrogans
viſus eſſet. nunc & ad inuidiam vitandam, &
ad laudẽ comparãdam ſatis dictum eſt. Item,
Vtrùm igitur auaritiæ cauſa,an egeſtatis[h] ac-
ceſſit ad maleficium? Auaritiæ? at largiſſimus
fuit in amicos, quod ſignum liberalitatis eſt,
quæ contraria auaritiæ eſt. Egeſtatis? at huic
quidem pater,(nolo nimium dicere)non te-
nuiſſimum patrimonium reliquit. Hîc quo-
que vitatum eſt, ne magnum, aut maximum D
diceretur. hoc igitur in noſtris, aut eorum,
quos defendemus, egregiis commodis profe-
rendis obſeruabimus. Nam eiuſmodi res &
inuidiam contrahunt in vita, & odium in o
ratione, ſi incõſideratè tractes. Quare,quem-
admodum ratione[i] in viuendo, fugitur inui-
dia, ſic in dicendo, conſilio vitatur odium.

64 ¶*Deſcriptio* nominatur, quæ rerum con-
ſequentium continet perſpicuã, & dilucidam
cum grauitate expoſitionẽ, hoc modo: Quòd E
ſi iſtum, iudices, veſtris ſententiis liberaueri-
tis,ſtatim ſicut è cauea leo[k] miſſus,aut aliqua
tæterrima bellua ſoluta ex catenis, volitabit,
& vagabitur in foro,acuẽs[l] denteis multos in
cuiuſq; fortunas,in omneis amicos atque ini-
micos, notos atque ignotos incurſans, aliorũ
famam depeculans, aliorum caput oppugnãs,
aliorum domum, ac[m] omnem familiam per-
fringens, remp. funditus labefactans. Quare,
iudices, eiicite eum de ciuitate, liberate o- F
mneis formidine, vobis denique ipſis conſu-
lite.nam ſi iſtum impunitum dimiſeritis, in
voſmet ipſos, mihi credite, feram & trucu-
lentam beſtiam, iudices, immiſeritis. Item,
Nam ſi de hoc, iudices, grauem ſententiam
tuleritis, vno iudicio ſimul multos iugulaue-
ritis. grandis natu parens, cuius ſpes ſenectu-
tis omnis in huius adoleſcentia poſita eſt,
quare velit in vita manere, non habebit: filij
parui, priuati patris auxilio,ludibrio,& deſpe G
ctui paternis inimicis erunt oppoſiti: tota do
mus huius indigna cõcidet calamitate:at ini
mici ſtatim ſanguinolenta palma, crudeliſſi-
ma victoria potiti,inſultabunt in horum mi-
ſerias, ſuperbia[n] re ſimul, & verbis inuehen-
tur. Item, Nam neminem noſtrûm fugit,
Quirites, capta vrbe, quæ miſeriæ conſequi
ſoleant: arma qui contrà[o] tulerint, ſtatim cru
deliſſimè trucidantur: cæteri, qui poſſunt per
ætatem,& vireis laborem ferre, rapiuntur in H
ſeruitutem: qui non poſſunt, vita priuantur:

P. XXXVI.
a L. (tametſi vereor quomodo accepturi ſitis, tamen dicam) vos me pr.
b L. & aſſimilatione, & ita R. Steph.
c L. de qua poſteriùs diximus,
d al. Deminutio eſt,
e L. ineſſe in nobis,
f L. egregiũ dicemus:
g L. demin. & att.
h Vulg. aut egeſt.
i L. in viuẽdo, ratione fug.
k L. leo emiſſus,
l L. acuens denteis in cuiuſque fort.
m L. atque omnem fam.
P. 8.
n al. ſuperbire ſimul & verbis inu. Lamb. ſuperbis factis ſimul & verbis inueh.
o L. contrà tulerunt,

vno denique, atque eodem tempore domus
hoſtili flagrat[a] incendio, & quos natura, aut
voluntas neceſſitudine,aut beneuolentia[b] con
iunxerit,[c] diſtrahuntur: liberi partim è gre-
miis parentum diripiuntur,[d] partim in ſinu
iugulantur, partim ante pedes conſtuprantur.
nemo,iudices, eſt, qui poſſit ſatis rem conſe
qui verbis,nec referre oratione magnitudinẽ
calamitatis. Hoc genere exornationis,vel in-
dignatio, vel miſericordia poteſt commoue-
ri, cùm res conſequentes comprehenſæ vni-
uerſæ perſpicua breuiter exprimuntur ora-
tione. 65 ¶*Diuiſio* eſt, quæ rem ſemouens à
re, vtrãque abſoluit, ratione ſubiecta, hoc
modo. Cur ego nunc tibi quicquam obiiciã?
ſi probus es, non meruiſti: ſin improbus,non
commouêris[e]. Item, Quid nunc ego de meis
propriis meritis prædicem? ſi meminiſtis,
obtundam: ſin obliti eſtis, cùm te nihil ege-
rim, quid eſt, quod verbis proficere poſsim?
Item, Duæ res ſunt, quæ poſſunt homines ad
turpe compendium commouere, inopia, at-
que auaritia. te auarum in fraterna diuiſione
cognouimus: inopem atque egentem nunc
videmus. quî potes igitur oſtendere cauſam
maleficij non fuiſſe? Inter hanc diuiſionem,
& illam, quæ de partibus orationis tertia eſt,
de qua in libro primo diximus ſecũdùm nar-
rationem,hoc[f] intereſt: Illa diuidit per enu-
merationem,aut per expoſitionem, quibus de
rebus in tota oratione diſputatio futura ſit:
hæc ſe ſtatim explicat, & [g] breui duabus, aut
pluribus partibus ſubiiciens rationes,exornat
orationẽ. 66 ¶*Frequentatio* eſt,cùm res in to
ta cauſa diſperſæ coguntur vnum in locum,
quò grauior,aut acrior, aut criminoſior ora-
tio ſit, hoc pacto: A quo tandem abeſt iſte
vitio? quid eſt, iudices, cur velitis eum libe-
rare? Suæ pudicitiæ proditor eſt, inſidiator
alienæ: cupidus, intemperans, petulans, ſu-
perbus: impius in parentes, ingratus in ami-
cos, infeſtus[h] in cognatos,in ſuperiores con-
tumax,in æquos & pareis faſtidioſus, in infe-
riores crudelis, denique in omneis intolera-
bilis. Eiuſdem generis eſt illa frequentatio,
quæ plurimùm coniecturalibus cauſis opitu-
latur, cùm ſuſpiciones, quæ[i] ſeparatim dictæ,
minutæ & infirmæ erant, vnum in locum co-
actæ rem videntur perſpicuam facere, non
ſuſpicioſam,hoc pacto: Nolite[k] igitur,nolite,
iudices, ea, quæ dixi, ſeparatim ſpectare: ſed
omnia colligite, & conferte in vnum. Si &
commodum ad iſtum ex illius morte venie-
bat,& vita hominis eſt turpiſsima, animus a-
uariſsimus, fortuna [l] familiaris rei attenuatiſ-
ſima, & res iſta bono nemini præter iſtũ fuit:
neque alius quiſquam æquè commodè, ne-
que iſte cõmodioribus[m] aliis rationibus fa-
cere potuit: neque præteritum quicquam eſt
ab iſto, quod opus fuerit ad maleficium: ne-
que factum, quod opus non fuerit:& cùm lo
cus idoneus maximè quæſitus, tum occaſio
aggrediendi commoda, tempus adeundi op-
portuniſſimum, ſpatium conficiendi longiſ-
ſimum ſumtum eſt, non ſine maxima occul-
tandi[n] & perficiendi maleficij ſpe: & præte-
rea antè quàm occiſus homo [o] is eſt, iſte viſus
eſt in eo loco, in quo eſt occiſio facta, ſolus:
paullo pòſt in ipſo loco maleficij, vox illius,
qui occidebatur,audita eſt: deinde poſt occi-
ſionem, iſtum multa nocte domum rediiſſe
conſtat,poſtera[p] die titubanter & reconſtan-

a L. flagrant
b al. beniuolentia.
c L. coniunxit,
d L. deripiũtur. [eſt autẽ diripere, in uarias partes; deripere de aliquo loco rapere.]
e al. commoueberis.
f L. hoc intereſt, quod illa diuid.
g al. & breuiter d.
h al. infeſtus cognatis.
i L. quæ ſeparatim iactæ,
k L. Nolite igitur, iudices, nolite ea,
P. XXXVII.
l L. fortunæ familiares attenuatiſſimæ,
m L. aliis commodioribus rat.
n L. perficiendi, & occultandi malef.
o L. homo eſſet.
p L. poſtera die.

ter de occiſione illius locutum: hæc partim
teſtimoniis, partim quæſtionibus & argumen
tis omnia comprobantur, & rumore populi,
quem ex argumentis natum, neceſſe eſt eſſe
verum: veſtrum[a] eſt, iudices, his in vnum lo-
cum collatis, certam ſumere ſcientiam, [b] non
ſuſpicionem maleficij. Nã[c] vnũ aliquid, aut al-
terum poteſt in iſtum caſu cecidiſſe ſuſpicio-
ſè. vt omnia inter ſe à primo ad proſtremum
conueniant [d] maleficia, neceſſe eſt caſu non
B poſſe fieri. Vehemens eſt hæc exornatio, & in
coniecturali conſtitutione cauſæ fermè ſem-
per neceſſaria, & in ceteris generibus cauſa-
rum, & in omni oratione, adhibenda nõnun-
quam. 67 ¶ *Expolitio* eſt, cùm in eodem loco
manemus, & aliud, atque aliud dicere vide-
mur. Ea[e] dupliciter fit, ſi aut eandem planè
dicimus[f] rem, aut de eadem re. Eandem rem
dicemus, nõ eodem modo. nam id quidem
obtundere auditorem eſt, non rem expolire,
C ſed commutare[g]. Commutabimus tripliciter,
verbis, pronuntiando, tractando. *Verbu[h] com-
mutabimus*, cùm, re ſemel dicta, iterum, aut ſæ-
pius aliis verbis, quæ idem valeant, eadem res
proferetur, hoc modo: Nullum tantum eſt pe
riculum, quod ſapiens pro ſalute patriæ vitan
dum arbitretur. Cùm[i] augetur incolumitas
perpetua ciuitatis, qui bonis erit rationibus
præditus, profectò nullum vitę diſcrimen ſibi
pro fortunis reip. fugiendum putabit: & erit
D in ea ſententia ſemper, vt pro patria ſtudioſe
quamuis [k] in magnam deſcendat vitæ dimi-
cationem. *Pronuntiando* cõmutabimus, ſi tum
in ſermone, tum in acrimonia, tum in alio, at-
que alio genere vocis, atque geſtus, eadẽ ver-
bis commutando, pronuntiatione quoque ve
hementiùs immutabimus. Hoc neque com-
modiſſimè ſcribi poteſt, neque parũ eſt aper-
tum. quare non[l] eget exempli. Tertium genus
eſt commutationis, quod tractando cõficitur,
E *ſi ſententiam traiiciemus* aut *ad ſermocinationem*,
aut ad exſuſcitationem. Sermocinatio eſt, de
qua planiùs paullo pòſt ſuo loco dicemus. Nũc
breuiter ad hanc rem, quod[m] ſatis ſit, attinge-
mus: in qua conſtituetur alicuius perſonę ora-
tio accommodata ad dignitatem, hoc modo,
vt, quò faciliùs res cognoſci poſſit, ne ab eá-
dem ſententia recedamus: Sapiens, qui omnia
reip. cauſa ſuſcipienda pericula putabit, ſæpe[n]
ipſe ſecum loquitur: Non mihi ſoli, ſed etiam
F atq; adeò multò potius, natus ſum patriæ: vi-
ta, quæ fato debetur, ſaluti patriæ potiſſimùm
ſoluatur. Aluit hęc, me tutè, atq; honeſtè pro-
duxit [o] vſque ad hanc ætatem: muniit meas
rationes bonis legibus, optimis moribus, ho-
neſtiſſimis diſciplinis. Quid eſt, quod à me ſa-
tis ei perſolui poſſit, vnde hæc accepta ſunt?
Quia hæc loquitur ſecum ſapiens, ſæpe ego in
periculis reip. nullum ipſe periculũ fugi. Item
mutatur res tractando, *ſi traducitur ad exſuſci
tationem*, cùm & nos cõmoti dicere videamur
G & auditoris animum cõmouemus [p], ſic: Quis
eſt tam tenui cogitatione præditus: cuius ani
mus tãtis anguſtiis inuidiæ continetur, qui nõ
hunc hominem ſtudioſiſſimè laudet, & ſapien
tiſſimum iudicet, qui pro ſalute patrię, pro in-
columitate ciuitatis, pro reip fortunis, quã-
uis magnum, atque atrox periculum ſtu-
dioſè ſuſcipiat, & libenter ſubeat? Equi-
dem hunc hominem magis cupio ſatis lau
H dare quàm [q] poſſim: idémque hoc certò ſcio
vobis omnibus vſu venire. Eadem res igi-

a *vulg.* Veſtrũ, iudices, eſt, his vnum in locum.
b *al.* ſententiam.*
c L. Nã vnum aliquod, aut
d L. conueniant, neceſſe.
e L. Ea autem dup.
f L. dicemus r.
g L. ſed commutatẽ. *alii quidam vulg.* ſed commutando. | *al.* ſed commutare debemus: Cõmutabimus autem &c.*
h L. Verbis commutabimus, ſi, cùm res ſemel dicta ſit, iterũ, *&c.*
i L. Cùm agetur incolumitas.
k *fort.* in quãuis magnã | *al.* ſtudioſe pugnet quãuis, & &c.*
l L. nõ eget exemplo.
P. B.
m *fort.* quoad ſatis ſit,
n L. ſæpe ipſe ſecum ita loquitur.
o *al.* perduxit.*
p L. commoueamus.
q L. quàm poſſum.

A tur his tribus in dicendo commutabitur re-
bus, verbis, pronuntiando, tractando: ſed
tractando dupliciter, ſermocinatione, & ex-
ſuſcitatione. Sed de eadem re cùm dicemus,
pluribus vtemur commutationibus. Nã cùm
rem ſimpliciter pronuntiauerimus, rationem
poterimus ſubiicere. Deinde duplicem, vel ſi-
ne rationibus, vel cum rationibus pronuntia-
re ſententiam: Deinde afferre cõtrarium: de [a]
quibus omnibus diximus in verborum exor-
B nationibus: Deinde ſimile, & exemplum, de
quo ſuo loco plura dicemus: Deinde conclu-
ſionem, de qua in ſecundo libro, quæ opus
fuerunt, diximus, demonſtrantes, argumenta-
tionem quemadmodum cõcludere oporteat.
In [b] hoc libro docuimus cuiuſmodi eſſet ex-
ornatio verbi, cui concluſioni nomen eſt. Er-
go huiuſmodi vehementer ornata poterit eſ-
ſe expolitio, quæ cõſtabit ex frequentibus ver
borum exornationibus, & ſententiarum. Hoc
C modo igitur ſeptem partibus tractabitur. ſed
ab eiuſdem ſententiæ non recedamus exem-
plo, vt ſcire poſſis, quàm facilè præceptione
rhetorica res ſimplex multiplici ratione tra-
ctetur. Sapiens nullum pro repub. periculũ vi-
tabit, ideò quòd ſæpe fit, vt, cùm pro repub.
perire noluerit, neceſſariò cum repub. pereat.
Et quoniã ſunt omnia commoda à patria ac-
cepta, nullum incommodum pro patria gra-
ue putandum eſt. ergo qui fugiunt id pericu-
D lum, quod pro repub. ſubeundum eſt, ſtultè fa
ciunt. Nam neque effugere incommoda poſ-
ſunt, & ingrati in ciuitatem reperiuntur. At,
qui patriæ pericula ſuo periculo expetunt, hi
ſapientes putandi ſunt, cùm & eum, quem de-
bent, honorem reip. reddũt, & pro multis pe-
rire malunt, quàm cum multis. Etenim vehe-
menter eſt iniquum, vitam, quam à natura ac-
ceptam propter patriam conſeruaueris, natu-
ræ, cùm cogat, reddere: patriæ, cùm roget, nõ
E dare: & cùm poſſis cum ſumma virtute, & ho-
nore pro patria interire, malle per dedecus,
& ignauiã viuere: &, cùm ꝓ amicis, & parenti-
bus, & ceteris neceſſariis adire periculum ve-
lis, pro rep. in qua & hoc, & illud ſanctiſſimũ
nomen patriæ continetur, nolle in diſcrimen
venire. Itaque vti contemnendus eſt, qui in
nauigando ſe, quàm nauim, mauult incolu-
mẽ: ità vituperandus, qui in reip. diſcrimine,
ſuæ plus, quàm communi ſaluti, conſulit. Na-
F ue enim fracta, multi incolumes euaſerunt: ex
naufragio patriæ ſaluus nemo poteſt enatare.
Quod mihi bene videtur Decius intellexiſſe,
qui ſe deuouiſſe dicitur, & pro legionibus in [c]
hoſteis immiſiſſe medios. amiſit vitam: at
non perdidit. re enim viliſſima, & perparua
maximam redemit. dedit vitam, accepit
patriam: amiſit animam, potitus eſt glo-
ria, quæ cum ſumma laude prodita vetu-
ſtate quotidie magis eniteſcit. Quòd ſi pro
rep. debere [d] accedere ad periculum &
G ratione demonſtratum eſt, & exemplo
comprobatum, ij ſapientes ſunt exiſtiman-
di, qui nullum pro ſalute patriæ periculum
vitant. In his igitur generibus expolitio ver-
ſatur, de qua producti [e] ſumus, vt plura di-
ceremus, quòd non modò, cùm cauſam di-
cimus, adiuuat, & exornat orationem, ſed
multò maximè per eam exercemur ad elo-
cutionis facultatem. Quare conueniet extra
H cauſam in exercendo rationes adhibere ex-
politionis, in dicendo vti, cùm exornabimus
argumen-

a L. de quib. iam omn.
b L. *hæc verba*, In hoc libro doc. cuiuſ. eſſ. exorn. v. c. c. n. eſt. *delet.*
P. XXXVIII.
c L. in hoſteis medios immiſiſſe: vnde amiſit vitam. *&c. alii lib. non habẽt*, vnde, *præter eos, qui à R. Steph. editi ſunt, quos olim ſecuti ſumus.*
d L. debere accedi ad p.
e *al.* prouecti*

argumentationem, de qua diximus in libro
ſecundo. 68 ¶ *Commoratio* eſt, cùm in loco
firmiſſimo, quo tota cauſa continetur, mane-
tur diutius, & eôdem ſæpius reditur. hac vti
maximè conuenit, & id eſt oratoris boni ma-
ximè proprium. Non enim datur auditori po
teſtas animum de re firmiſſima dimouendi[a].
Huic exemplum ſatis idoneum ſubiici non
potuit, propterea quòd hic locus non eſt à
tota cauſa ſeparatus, ſicut membrum aliquod,
ſed tanquam ſanguis, perfuſus eſt per totum
corpus orationis. 69 *Contentio* eſt, per quam
contraria referuntur. Ea eſt in verborum ex-
ornationibus, vt antè docuimus, eiuſmodi: I-
nimicis te placabilem, amicis inexorabilem
præbes. In ſententiarum, huiuſmodi: Vos hu-
ius incommodis lugetis, iſte reip. calamitate
lætatur. Vos veſtris fortunis diffiditis: iſte ſo-
lus ſuis eò magis confidit. Inter hæc duo con-
tentionum genera hoc intereſt: illud ex ver-
bis celeriter relatis conſtat: hîc ſententiæ cō-
trariæ ex comparatione referantur oportet.
70 ¶ *Similitudo*, eſt oratio traducens ad rem
quampiam aliquid ex re diſpari ſimile. Ea ſu-
mitur aut ornandi cauſa, aut probandi, aut a-
pertiùs dicendi, aut ante oculos ponēdi. Quo[b]
modo igitur quattuor de cauſis ſumitur, ita
quattuor modis dicitur: per contrarium, per
negationem, per breuitatem, per collationem
Ad vnamquamque ſumendæ cauſam ſimilitu-
dinis accōmodabimus ſingulos modos pro-
nuntiandi. *Ornandi cauſa* ſumitur *per contra
rium*, ſic: Non enim quemadmodum in palę-
ſtra qui tædas candenteis[c] accipit, celerior
eſt in curſu continuo, quàm ille, qui tradit: ita
melior imperator nouus, qui accipit exerci-
tum, quàm ille, qui decedit: propterea quòd
defatigatus curſor integro facem, hîc peritus
imperator imperito exercitum tradit. hoc ſi-
ne ſimili ſatis planè, & perſpicuè, & probabi-
liter dici potuit, hoc modo: Dicitur, minus
bonos imperatores à melioribus exercitum
accipere ſolere: ſed ornandi cauſa ſimile ſum-
tum eſt, vt orationi dignitas quædam com-
paretur. Dictum eſt autem per contrarium.
Nam tunc ſimilitudo ſumitur per cōtrarium,
cùm ei rei, quam nos probamus, aliquam rem
negamus eſſe ſimilem, vt paulò antè, cùm de
curſoribus diſſerebamus. *Per negationem* dice-
tur, *probandi cauſa*, hoc modo: Neque equus
indomitus, quamuis natura bene compoſitus
ſit, idoneus poteſt eſſe ad eas vtilitates, & [d] a-
ptus, quæ deſiderātur ab equo: neque homo
indoctus, quamuis ſit ingenioſus, ad virtutem
poteſt peruenire. Hoc [e] probabilius factum
eſt, quod [f] magis eſt veriſimile, nō poſſe vir-
tutem ſine doctrina comparari, quoniam [g] ne
equus quidem indomitus, idoneus poſſit eſſe.
ergo ſumtum eſt probandi cauſa. Dictum eſt
autem per negationem. id enim perſpicuum
eſt de primo ſimilitudinis verbo. *Apertiùs*[h]
*dicendi cauſa* ſimilitudo dicitur *per breuitatem*,
hoc modo: In amicitia gerenda, ſicut in cer-
tamine currendi, non ita cónuenit exerceri,
vt, quoad neceſſe ſit, peruenire poſſis: ſed
vt productus ſtudio, & viribus, vltrà facilè
procurras. Nam hoc ſimile eſt, vt apertiùs in-
telligatur, mala ratione facere [i] qui repre-
hendant eos, qui, verbi cauſa, poſt mortem
amici liberos eius cuſtodiant, propterea quòd
in curſore tantum velocitatis eſſe oporteat,

a L. demouendi.
P. B.
b L. Et quomodo quattuor de c. & ita R. Steph.
c L. ardenteis.
d hæc verba & aptus Lamb. delenda eſſe exiſtimat.*
e al. Hîc.*
f L. quod minus
g lib. vulg. quoniam nec equus quidem.
h L. Sumitur & apertiùs dicendi cauſa ſimile per breuitatem, & ita R. Ste.
i L. facere eum, qui reprehendat eos.

A vt efferatur vſque ad finem: in[a] amico tantum
beneuolentiæ ſtudium, vt vltrà, quàm amicus
ſentire poſſit, procurrat amicitiæ ſtudio. Di-
ctum[b] autem ſimile eſt per breuitatem. Non
enim ita, vt in cæteris rebus, res ab re ſepara-
ta eſt, ſed vtræque res coniunctè & confuſè
pronuntiatæ[c]. *Ante oculos ponendi negotij cauſa*,
ſumetur[d] ſimilitudo *per collationem*, ſic: Vti ci-
tharœdus, cùm prodierit optimè veſtitus, pal-
la inaurata indutus, cum chlamyde purpurea
coloribus variis intexta, & cum corona au-
rea magnis [e] fulgentibus gemmis illuminata,
citharam tenens exornatiſſimam, auro & ebo
re diſtinctam, ipſe præterea forma & ſpecie
ſit, & ſtatura appoſita ad dignitatem, ſi, cùm
magnam populo cōmouerit his rebus exſpe-
ctationem, repentè ſilentio facto, vocem emit
tat acerbiſſimam cum turpiſſimo corporis
motu: quò [f] meliùs ornatus, & magis fuerit
exſpectatus, eò magis deriſus & cōtemtus, eii-
C citur [g]: ita ſiquis in excelſo loco, & in magnis
ac locupletibus copiis collocatus, fortunę mu
neribus, & naturæ commodis omnibus abun-
dabit: ſi virtutis, & artium, quæ virtutis ma-
giſtræ ſunt, egebit: quò magis cæteris rebus e-
rit copioſus, & illuſtris, & expectatus, eò ve-
hementiùs deriſus, & contemtus, ex omni
conuentu bonorum eiicietur. Hoc[h] ſimile ex-
ornatione vtriuſque rei, & alterius inſcitia ar
tificij, alterius ſtultitia ſimili ratione collata,
ſub aſpectu omnium rem ſubiecit. Dictum au
D tem eſt per collationē, propterea quòd pro-
poſita ſimilitudine, paria ſunt omnia relata. In
ſimilibus obſeruare oportebit [i] diligenter, vt
cùm rem afferamus ſimilem, cuius rei cauſa
ſimilitudinem attulerimus, verba [k] quoque
ad ſimilitudinem habeamus accommodata.
id eſt huiuſmodi [l]: Ita vt hirundines æſtiuo
tempore præſtò ſunt, frigore pulſæ recedunt.
Ex eadem ſimilitudine nunc per tranſlatio-
nem verba ſumimus: ita falſi amici ſereno vi-
tæ tempore præſtò ſunt: ſimulatque hyemem
E fortunæ viderint, deuolant omnes. Sed inuen-
tio ſimilium facilis erit, ſiquis ſibi omneis
res animatas, & inanimatas[m], mutas & loquē-
teis, feras & manſuetas, terreſtreis, & cęleſteis,
& [n] maritimas, artificio, caſu, natura compa-
ratas vſitatas, atque inuſitatas, frequenter an-
te oculos poterit ponere, & ex his aliquam
venari ſimilitudinem, quæ aut ornare, aut do-
cere, aut apertiorem rem facere, aut ponere
ante oculos poſſit. Non enim res tota toti rei
F neceſſe eſt ſimilis ſit, ſed [o] ad ipſum ad quod
conferetur, ſimilitudinem habeat oportet.
71 ¶ *Exemplum*, eſt alicuius facti, aut dicti præ-
teriti cum certi auctoris nomine propoſi-
tio. Id ſumitur iiſdem [p] de cauſis, quibus
ſimilitudo. Rem ornatiorē facit, cùm nullius
rei, niſi dignitatis, cauſa ſumitur. Apertiorem,
cùm id, quod [q] ſit obſcurius, magis dilucidum
reddit. Probabiliorem, cùm magis veriſimilē
facit: Ante oculos ponit, cùm exprimit om-
G nia perſpicuè, vt res dicta propè manu tentari
[r] poſſit. Vniuſcuiuſque generis ſingula ſubie-
ciſſemus exempla, niſi [ſ] exemplum quod ge-
nus eſſet, in expolitione demonſtraſſemus, &
cauſas ſumendi in ſimilitudine aperuiſſemus.
Quare noluimus, neque pauca, quò [t] minùs
intelligeretur, neque, re intellecta, plura con-
ſcribere. 72 ¶ *Imago*, eſt formæ cum for-
H ma cum quadam ſimilitudine collatio. Hæc

a L. in amico tantum beneuolentiæ, vt vltrà, &c.
b L. Dictum eſt autem ſimile per.
c L. pronuntiatæ ſunt.
d al. ſimilitudo cum dicetur per coll.
e L. magni fulgoris gem p. XXXIX. mis illumin.
f L. quo meliùs ornatus ſit, & magis fuerit exſpectatus,
g L. eiiciatur
h L. Hoc ſimile per collationem v. r. & alt. inſcientiæ art. a. ſtultitiæ ſ. r. c. ſ. aſpectum om.
i al. oportet.
k L. eius rei verba quoq.
l L. huiuſmodi. Vt hir. æſ.
m L. & inanimas, mutas,
n al. & marinas.
o L. ſed ad id ipſum,
p al. iiſdem ex cauſ.
q L. quod ſit obſcurum mag.
r fort. teneri || al. tractari.*
ſ L. niſi exempli quis vſus eſſet, in exp.
t L. quo minùs res intell.

ſumitur aut laudis, aut vituperationis cauſa. *Laudis cauſa* ſic: Ibant [a] in prœlium, corpore, tauri validiſſimi, impetu, leonis acerrimi ſimiles. *Vituperationis*, vt in odium, aut in inuidiã, aut in contemtionem adducat. Vt *in odiũ*, hoc modo: Iſte quotidie per forum medium, tamquam iubatus draco ſerpit, dentibus aduncis, aſpectu [b] rabido, circumſpectans, huc & illuc, ſiquem reperiat, cui aliquid mali faucibus afflare, quem ore attingere, dentibus inſecare, [c] lingua aſpergere poſſit. Vt *in inuidiam* adducat, hoc modò: Iſte, qui diuitias ſuas iactat, ſicut Gallus è Phrygia, aut ariolus quiſpiam depreſſus, & oneratus auro, clamat [d], & deierat. Vt *in contemtionem* adducat, ſic: Iſte, qui tanquã coclea, abſcondens retentat ſeſe tacitus, quo ſit tutus, comeditur [e] cum domo ſua, & aufertur. 73¶ *Effictio* eſt, cùm exprimitur & effingitur verbis, corporis cuiuſpiam forma, quod [f] ſatis ſit ad intelligendum, hoc modo: Hunc dico, iudices, rubrum, breuem incuruum, canum, ſubcriſpum, cæſium, cui ſanè magna eſt in mento cicatrix, ſi quomodo poteſt vobis in memoriam redire. Habet hæc exornatio cùm vtilitatem, ſiquem velis oſtendere: tum venuſtatem, ſi breuiter & dilucidè facta [g] eſt. 74¶ *Notatio* eſt, cùm alicuius natura certis deſcribitur ſignis, quæ, ſicuti notæ quędã, naturę ſunt attributa: Vt ſi velis non diuitem, ſed [h] oſtentatorem pecunioſum deſcribere: Iſte, inquies, iudices, qui ſe dici diuitem, putat eſſe pręclarũ, primùm nunc videte, quo vultu vos [i] intueatur. nõne vobis videtur dicere, Darem, ſi mihi moleſti non eſſetis? cùm verò ſiniſtra mentum ſubleuat, exiſtimat ſe gemmæ nitore, & auri ſplendore aſpectus [k] omnium perſtringere. Cùm puerum reſpicit hunc vnum, quem ego noui, (vos non arbitror nouiſſe,) alio nomine appellat, deinde alio atque alio: Heus tu, inquit, veni Sannio, nequid iſti Barbari perturbent: vt ignoti, qui audiunt, vnum putent eligi de multis: ei dicit in aurem, aut vt domi lectuli ſternantur, aut ab auũculo rogetur Æthiops, qui ad balneas veniat, aſturconi [l] locus ante oſtium ſuum detur, aut aliquod fragile falſæ choragium [m] glorię comparetur. Deinde exclamat, vt omnes audiant, Videto, vt [n] diligenter enumeretur, ſi poteſt ante noctem. Puer [o] qui iã bene hominis naturã nouit, Tu illò plureis mittas oportet, inquit, ſi hodie vis tranſnumerari. Age, inquit, duc tecum Libanum, & Soſiam. Sané. Deinde caſu veniũt hoſpites homini, qui iſtum ſplendidè, dum peregrinaretur, receperunt [p]. ex ea re homo hercle ſanè conturbatur: ſed tamen à vitio naturæ non recedit. Bene, inquit, facitis, cùm venitis: ſed rectiùs feciſſetis, ſi ad me domum rectà abiiſſetis. Id feciſſemus, inquiunt illi, ſi domum nouiſſemus. At [q] iſtud quidem (inquit) facile fuit, vndelibet inuenire. Verùm ite mecum. Sequuntur illi. Sermo interea huius cõſumitur omnis in oſtentatione. Quærit, in agris cuiuſmodi frumẽta ſint: negat, ſe, quia villę incenſæ ſint, accedere poſſe, nec ædificare etiã nunc audere, tametſi in [r] Thuſculano quidem cœpi inſanire, & in iiſdem fundamẽtis ædificare. Dũ hæc loquitur, venit in ædeis quaſdam, in quibus ſodaliciũ erat eodem die futurum: quò iſte pro notitia domini ędium ingreditur cum hoſpitibus. Hic, inquit, habito. perſpicit [ſ] argentum, quod erat expoſitum, viſit triclinium ſtratum, probat: accedit ſeruulus: dicit homini clarè, [a] dominum iam venturum, ſi velit exire. Itáne, inquit? Eamus hoſpites, frater venit ex Salerno: ego illi obuiàm pergam [b]: vos huc decima [c] venitote. hoſpites diſcedunt. Iſte ſe raptim domum ſuã coniicit: illi decima, quò iuſſerat, veniunt. quærunt hunc, reperiunt, domus cuia ſit: in [d] diuerſorium deriſi conferunt ſeſe. Vident hominem poſtera [e] die: narrant, expoſtulant, accuſant, ait iſte, eos ſimilitudine loci deceptos, [f] angiporto [g] toto deerraſſe: contra valetudinem ſuam ſe ad multam noctem expectaſſe. Sannioni puero negotium dederat, vt vaſa, veſtimenta, pueros, corrogaret. ſeruulus non inurbanus ſatis ſtrenuè, & concinnè comparat. iſte hoſpites domum deducit. Ait ſe ędeis maximas cuidam amico ad [h] nuptias accommodaſſe nuntiat interea puer argentum repeti (pertimuerat enim qui commodarat) Apagete [i], inquit, ædeis commodaui, familiã dedi: argentum quoque vult? tametſi hoſpites habeo, tamen vtatur licet, nos Samiis delectabimur. Quid ego, quæ deinde efficiat, narrem? eiuſmodi eſt hominis natura, vt, quæ ſingulis diebus efficiat [k] gloria atque oſtentatione, ea vix annuo ſermone enarrare poſſim. Huiuſmodi notationes, quæ deſcribunt, quid conſentaneũ ſit vniuſcuiuſque naturæ, vehementer habent magnam delectationem. totam enim naturam cuiuſpiam ponunt ante oculos, aut glorioſi, vt nos, exẽpli cauſa, cœperamus [l]: aut inuidi, aut timidi, aut auari: ambitioſi, amatoris, luxurioſi, furis, quadruplatoris: [m] denique cuiuſuis ſtudium protrahi poteſt in medium tali notatione. 75¶ *Sermocinatio* eſt, cùm alicui perſonæ ſermo attribuitur, & is exponitur cũ ratione dignitatis, hoc pacto: Cùm militibus vrbs redundaret, & omneis timore oppreſſi domi continerentur, venit iſte cum ſago, gladio ſuccinctus, tenens iaculum [n]: quinque adoleſcentes hominem ſimili ornatu ſubſequuntur. irrũpit in ædeis ſubitò, deinde magna voce: Vbi eſt iſte beatus, inquit, ædium dominus? quin mihi præſtò fit? quid tacetis? Hîc alij omnes ſtupidi timore obmutuerunt. Vxor illius infeliciſſimi cum maximo fletu ad [o] iſtius pedes abiecit ſeſe. Parce, inquit, & per ea, quæ tibi dulciſſima ſunt in vita, miſerere noſtri: noli exſtinguere extinctos. Fer manſuetè fortunam. nos quoque fuimus beati: noſce te eſſe hominem. At ille. Quin illum mihi datis, ac vos auribus meis opplorare deſinitis? non abibit. Illi nũtiatur interea veniſſe iſtum. & clamore maximo mortem minari. Quod ſimul vt audiuit, Heus, inquit, Gorgia, pediſequa [p] puerorum, abſconde pueros: defende: fac, vt incolumeis ad adoleſcentiam perducas. Vix hęc dixerat, cùm ecce iſte præſtò, Sedes, inquit, audax? non vox mea tibi vitã ademit? exple inimicitias [q] meas, & iracundiam ſatura tuo ſanguine. Ille cum magno ſpiritu, Metuebam, inquit, ne planè victus eſſem. nunc [r] video in iudicio mecum contendere non vis, vbi ſuperari turpiſſimum eſt, ſuperare pulcherrimum: interficere me vis: occidar equidem, ſed victus non peribo. At ille, In extremo vitæ tempore etiam ſentẽtioſè [ſ] loqueris? neque ei, quem vides dominari, vis ſupplicare? Tum mulier, Immò quidem iſte rogat, & ſupplicat: ſed tu quæſo, commoueare [t]: & tu per deos, inquit, hunc amplexare. dominus

eſt, vicit

P. B.
a L. Ibat Turnus in pr. c. t. val. imp. leõ. ac. ſimilis.
b L. aſpectu venenato ſpiritu rabido, circ. *al.* aſpectu rabido, ſpiritu venenato, circ.
c *al.* inuncare.*
d *al.* clamat, & delirat. *Atque ita R. Steph.*
e L. cum domo ſua comeditur, & aufertur. ‖ *al.* cum domo ſua, vt comedatur, auferatur.*
f L. quoad ſatis ſit ad int.
g L. facta ſit.
h L. ſed oſtẽtatorem pecuniæ ſuæ deſcr.
i *al.* nos int.
k L. adſpectus omnium præſtinguere. ‖ &c. Eſt autem præſtinguere, obtenebrare, *al.* præſtringere. vt apud Nonium. c. 4. in præſtringere.*
l Aſturco, equus ab Aſturia oppido Hiſpaniæ.*
m Choragiũ Feſto, inſtrumentum ſcenarum Fulgẽtio Plantiadi: funus virginale.*
n L. vt diligẽter numeretur, ſi p.
o L. puer, qui bene hãc hominis nat. n.
p L. receperant. ex ea re homo herclè cont.
q *al.* At iſtud quidem facile fuit.
P. X I.
r L. in Tuſculano quidem inquit, cœpi inſanire.
ſ L. perſpiciunt arg. q. e. exp. viſunt tricl. ſtratum probant.

a clam, & ita *Vrſinus.**
b L. pergo:
c *al.* ad decimam.*
d L. in deuerſorium.
e L. poſtero die:
f *al.* angiportu toto.
g Angiportus, vel angiportum Nonio c. 3. in pr. iter compendiarium in oppido, quaſi anguſtus portus ſeu aditus in portũ. Feſt. quod nihil in eo agi poſſit. Varro, 5. de lingua.*
h L. ad nuptias commodaſſe.
i *al.* Apage te.
k *al.* efferat.*
l *al.* ceperamus:
m Quadruplatores Feſto, dicuntur qui eo quæſtu ſe tuentur vt eas res perſequãtur, quarum ex legibus quadrupli erat actio.*
n *al.* baculũ.*
o L. ad iſtius pedes abiiciens ſeſe, Parce.*
P. B.
p L. pediſequæ p.
q L. meas inimicitias,
r L. nunc, vt vt video,
ſ L. ſentẽtias loqueris?
t *al.* commouere.

eſt,vicit hic te,vince [a] tu nunc animum. Cur
non deſinis,inquit [b], vxor, loqui,quæ me di-
gna nonſunt?tace,&,quę curanda ſunt,cura:
tu ceſſas mihi vitam,tibi omnem bene viuen
di ſpem mea morte eripere?Iſte mulierem re-
pulit ab ſe lamentantem:illi neſcio quid inci-
pienti dicere, quod dignum videlicet illius [c]
virtute eſſet, gladium in latere defixit. Puto
in hoc exemplo datos eſſe vnicuique ſermo-
nes ad dignitatem accommodatos,quod [d] o-
portet in hoc genere obſeruare.Sũt itẽ ſermo
cinationes cõſequentes hoc genus. Nam quid
putamus illos dicturos , ſi hoc iudicaueritis?
nónne hac omnes vtentur oratione ? deinde
ſubiicere ſermonẽ. 76¶ *Conformatio* eſt,cùm
aliqua , quæ non adeſt , perſona confingitur,
quaſi adſit,aut cùm res muta , aut [e] informis,
fit eloquẽs,& formata,& ei oratio attribuitur
ad dignitatem accommodata, aut actio quæ-
dam, hoc pacto:Quòd ſi nunc hæc vrbs inui-
ctiſſima vocem mittat,non hoc pacto loqua-
tur?Ego illa plurimis trophæis [f] ornata,trium
phis ditata certiſſimis , clariſſimis locupletata
victoriis , nunc veſtris ſeditionibus ô ciues,
vexor:quam dolis malitioſa Karthago,virib.[g]
probata Numantia,diſciplinis erudita Corin-
thus labefactare non potuit , eam patięmini
nunc ab homunculis deterrimis proteri,atque
conculcari? Item,Quòd ſi nunc L. ille Brutus
reuiuiſcat,& hîc ante pedes veſtros adſit,non
hac vtatur oratione? Ego reges eieci,vos ty-
rannos introducitis:ego libertatem,quæ non
erat,peperi: vos partam ſeruare non vultis: e-
go capitis mei periculo patriam liberaui, vos
liberi ſine periculò eſſe non curatis. Hæc cõ-
formatio , licet in plureis res mutas , atque [h]
inanimatas trãsferatur,proficit plurimùm in
amplificationis partibus, & commiſeratione.
77¶ *Significatio* eſt quæ plus in ſuſpicione re-
linquit, q̃ poſitũ eſt in oratione.ea fit per ex-
ſuperationem , ambiguum , conſequentiam,
abſciſſionem,ſimilitudinem. *Per exſuperatio-
nem* , cùm plus dictum eſt,quàm patitur veri-
tas,augendæ ſuſpicionis cauſa,ſic: Hic de tan-
to patrimonio tam citò teſtam , qua ſibi pe-
tat ignem, non reliquit. *Per ambiguum* , cùm
verbũ poteſt in duas, plureiſve ſententias ac-
cipi,ſed accipitur in eam partem, quam vult
is,qui dixit,vt de [i] eo ſi dicas , qui multas hę-
reditates adierit , Proſpice tu , qui plurimùm
cernis. Ambigua [k] quemadmodum vitanda
ſunt quæ obſcuram reddunt orationem , ita
hæc conſequenda , quæ conficiunt huiuſmo-
di ſignificationem.Ea reperientur facilè,ſi no
uerimus,& animaduerterimus verborum an-
cipiteis,aut [l] multipliceis poteſtates. *Per con-
ſequentiam* , ſignificatio fit , cùm res, quæ ſe-
quuntur aliquam rem,dicuntur,ex quibus to-
ta res relinquitur in ſuſpicione,vt ſi ſalſamen
tarij filio dicas:Quieſce tu,cuius pater cubito
ſe emungere ſolebat. *Per abſciſsionem*, ſi,cùm
incipimus aliquid dicere,pręcidimus,& ex eo,
quod iam diximus,ſatis relinquitur ſuſpicio-
nis,ſic: Qui iſta forma,& ætate nuper alienæ[m]
domui , nolo plura dicere. *Per ſimilitudinem*,
cùm aliqua re ſimili allata,nihil ampliùs dici-
mus,ſed ex ea ſignificamus , quid ſentiamus,
hoc modo Noli, Saturnine, nimiùm populi
frequentia fretus eſſe.inulti [n] iacent Gracchi.
hæc exornatio plurimùm feſtiuitatis habet,
interdum & dignitatis. Sinit enim quiddam,
tacito oratore , ipſum auditorem ſuſpicari,

a L.vince tu tuũ animum
b L.inquit ille,vx.loq.
c L.illa virtute eſſet,
d L.id quod
e L.& informis,
f L.tropæis, orn. *ſic autem ſcribẽdum, & efferendum hoc nomen, vt pluribus verbis alibi docuimus, non vt vulgo,* trophæis.
g L.viribus robuſta.Num
h L.atque inanimas tranſf.
P. XLI.
i Vt ſi dicas de eo,qui m.
k L.Quemadmodum ambigua vit.ſ.
l L.& multipliceis.
m L.alienæ, domi,
n L.inulti iacent etiam Gracchi.

A 78¶ *Breuitas*, eſt [a] res ipſis tantummodò ver-
bis neceſſariis expedita,hoc modo:Lemnum
præteriens cepit : inde [b] Thaſi præſidium re
liquit: pòſt vrbem in Bithynia ſuſtulit:inde [c]
pulſus in Helleſpontum, ſtatim potitur Aby-
do.Item,Modò conſul,quòdam tribunus, de-
inde primus erat ciuitatis. Tum proficiſcitur
in Aſiam , deinde èxſul, & hoſtis eſt dictus,
pòſt imperator , poſtremò conſul factus eſt.
Habet paucis comprehẽſa breuitas multarum
B rerum expeditionem. Quare adhibenda ſępe
eſt, cùm aut res non egent longæ [d] orationis,
aut tempus non ſinit commorari. 79¶ *De-
monſtratio* eſt , cùm ita res verbis exprimi-
tur , vt geri negotium & res ante oculos eſſe
videatur. Id fieri poterit , ſi , qui antè , &
pòſt , & in ipſa re facta erunt, comprehende-
mus , aut ſi à rebus conſequentibus aut à
circunſtantibus non recedemus , hoc [e] mo-
do:Quod ſimul atque Gracchus proſpexit,flu-
C ctuare populum, verentem,ne ipſe auctorita-
te ſenatus commotus à ſententia deſiſteret,
iubet aduocari concionem. Iſte interea ſce-
lère,& malis cogitationibus redundans, euo-
lat ex templo Iouis, & ſudans oculis ardenti-
bus,erecto capillo, contorta toga,cum pluri-
bus aliis ire celeriùs cœpit.Illi pręco faciebat[f]
audientiã:hic ſubſellium quoddam calce pre-
mens,dextra [g] pedem [h] defringit,& alios hoc
idem iubet facere. Cùm Gracchus deos inci-
D peret precari,curſim iſti impetum faciunt:exi
aliis,aliiſque partibus cõuolant[k]: atque è po-
pulo vnus,Fuge,inquit, Tiberi, fuge.Non vi-
des?reſpice,inquam.Deinde vaga multitudo,
ſubito timore perterrita,fugere cœpit.At iſte
ſpumans [l] ex ore ſcelus,anhelans ex[m] infimò
pectore crudelitatem, contorquet brachium,
& dubitanti Gracc̄ho,quid eſſet,neque tamen
locum in quo conſtiterat,relinquenti, percu-
tit tempus.[n] Ille nulla voce delibans [o] inſitam
E virtutem concidit tacitus. Iſte viri fortiſſimi
miſerando ſanguine adſperſus , quaſi facinus
præclariſſimum feciſſet , circumſpectans,& [p]
hilaris ſceleratam gratulantibus manum por-
rigens, in templum Iouis contulit ſeſe. Hæc
exornatio in amplificanda & commiſeranda
re plurimùm prodeſt.[q]& in huiuſmodi narra
tionibus. ſtatuit enim totam rem , & [r] pro-
pè ponit ante oculos. 80¶ Omneis rationes
honeſtandę[ſ] elocutionis ſtudioſè collegimus,
in quibus,Herenni,ſi te diligenter exercueris,
F & grauitatem,& dignitatem,& ſuauitatem ha
bere in dicendo poteris,vt oratoriè planè lo-
quaris:ne nuda,atque inornata inuentio vul-
gari ſermone efferatur.Nunc identidem noſ
met ipſi nobis inſtemus.res enim communis
agitur,vt frequenter, & aſſiduè conſequamur
artis rationem ſtudio,& exercitatione:quod
alij cum moleſtia tribus de cauſis maximè fa-
ciunt: aut ſi,cum quibus libenter exerceantur
G non habent:aut ſi ſibi diffidunt:aut ſi neſciũt,
quam viam ſequi debeant:quæ à nobis abſunt
omnes difficultates. Nam & ſimul libẽter ex-
ercemur propter amicitiam,cuius initium co
gnatio fecit,cetera philoſophiæ ratio confir-
mauit: & nobis non diffidimus,propterea q;
& aliquantulum proceſſimus : & alia meliora
ſunt,quæ multò intentiùs petimus in vita,vt,
etiam ſi non peruenerimus in dicendo , quò
volumus,parua [t] pars vitæ perfectiſſimę deſi-
H deretur, & viam , quam ſequamur,habemus,
propterea quòd in his libris nihil præteritũ

a L.eſt cùm res ipſis tantummodò v. n. expedita eſt,h.m.
b al. inde Tarſi ſmaic. Tarſus , vrbs Ciliciæ: Thaſus inſula in mari Aegæo non longe à Lemno. *
c L.inde appulſus in Hel.
d al.longa oratione,
e L.hoc modo: Simul atque Gr.
f L.audientiam faciebat: P. B.
g al.dextro pede defringit.
h ſubſellii, ſcilicet. *
i L. & ex aliis,atq.aliis part.
k al.commeant omnes, atque, &c.
l al.ſpumas ex ore eiiciens*
m al.ex intimo.
n al.frõtem.*
o Id eſt violãs al. delimans: al.nullam vocem edens, inſita virtute còncidit, al. nullam vocem edens inſita virtute indignam.Ego nihil mutandũ cẽſeo. Delibare inſitam virtutem , hîc nihil aliud q̃ vi naturali vitáque deſtitui ac mori *.
p L.& hilarè ſcel.
q L.prodeſt in huiuſm.n.
r L.& proponit ante oculos.
ſ al.ornãdæ.
t L. parua pars tamen vitæ.

eſt rhetoricæ præceptionis. Demonſtratum eſt enim, quomodo res in omnib. generibus cauſarum inueniri oporteat. Dictum eſt, quo pacto eas diſponere conueniat. Traditum eſt, qua ratione eſſet pronunciãdum. Præceptum eſt, qua via meminiſſe poſſemus. Demonſtratum eſt, quibus modis perfecta elocutio comA B pararetur. Quæ ſi [a] ſequamur, acutè & citò reperiem᷾: diſtinctè, & ordinatè diſponemus: grauiter, & venuſtè pronũciabim᷾: firmè, & ꝑpetuò meminerim᷾: ornatè, & ſuauiter eloquemur. Ergo [b] in arte rhetorica nihil eſt amplius. Hęc omnia adipiſcemur, ſi rationes pręceptionis diligentia conſequemur, & exercitatione.

a L. ſi ſequemur,

a L. Ergo amplius in arte rhetorica nihil eſt.

# M. T. CICERONIS RHETORICORVM, [c] SEV DE INVENTIONE RHETORICA, LIBRI DVO, QVI RELIQVI ſunt ex quattuor.

b Hac inſcriptione citatur hic liber à Priſciano lib. 9. Quintiliano 5. & paſſim.

## *LIBER PRIMVS.*

### Synopſis libri I. de Inuentione.

1 ¶ *De* ELOQVENTIA eiúſque vtilitate, *ſi cum ſapientia coniungatur.* 2 *De* Principio *eloquentiæ & quemadmodum nata & progreſſa.* 3 *De eius abuſu,* 4 *& ſtudio neceſſario.* 5 *Eloquentiam non modò natura, & exercitatione, ſed & artificio quodam comparari.* 6 *Artém eloquentiæ ſeu artificioſam eloquentiam certis præceptis perfici.* 7 *Genus artificioſæ eloquentiæ, Ciuilem rationem ſeu* πολιτικὴν *eſſe.* 8 *Officium, dicere appoſitè ad perſuadendum.* 9 *Finem, perſuadere dictione ſeu dicendo.* 10 *Materiam, tria rerum, id eſt cauſarum, genera. Demonſtratiuum, Deliberatiuum, Iudiciale (& quid ea parte ſenſerit Gorgias, Ariſtoteles, Hermagoras)* 11 *Partes, inuentionem, Diſpoſitionem, Elocutionem, Memoriam, Pronunciationẽ.* 12 *De Rhetoris officio, & Eum qui artem Rhetoricã ſcribat, de materia artis & partibus potiſſimùm, & quidem coniunctè ſcribere oportere.* 13 *& ab Inuentione, quæ princeps eſt omnium partium, incipere.*

*Priore autem loco definiatur qualis eſſe debeat Inuentio in omni cauſarum genere.* 14 *& quemadmodum* CONSTITVTIO *id eſt quæſtio, ſeu id de quo agitur inter actorem & reum inueniri debeat.* 15 *Agitur autem inter actorem & reum vel de facto, (hæc Conſtitutio* CONIECTVRALIS *appellatur.)* 16 *vel de nomine facti (hæc conſtitutio* DEFINITIVA*)* 17 *vel de qualitate facti, (hæc cõſtitutio* GENERALIS*) Cuius partes quatuor ab Hermagora conſtitutæ falsò, nimirum Deliberatiua, Demonſtratiua, Iudicialis, cùm ſint duæ tantùm, Iudicialis, in qua de æquo, recto, præmio & pœna: Negotialis in qua de iuris ciuilis conſtitutione quæritur. Ac prioris quidem partes duæ, Iuridicialis & Abſoluta. Cuius partes rurſus quatuor: Criminis conceſsio, cuius item duæ partes, Purgatio & Deprecatio, Remotio, quæ fit cauſæ vel facti tranſlatione, Relatio, Comparatio,* 18 *vel de actione: vt cùm quæritur quis, in quem, quomodo, apud quem, quo iure quáue lege, quo tempore, quo crimine, qua pœna, qua actione experiri debeat: Cuiuſmodi quæſtio ſeu conſtitutio* TRANSLATIVA *nominatur, cuius Hermagoras dicitur inuentor.* 19 *De quarum conſtitutionum omnium exemplis alio & quidem commodiore loco dicetur.* 20 *Et in hunc quidem modum conſtitutio cauſæ inueniunda: qua reperta conſiderandum, vtrum cauſa ſit ſimplex an coniuncta.* 21 *An in ratione ſeu voluntate, an in ſcripto ſit controuerſia.* 22 *Ad hæc Quæſtio, Ratio, Iudicatio, Firmamentum quæri debet.* 23 *His repertis, ſingulæ partes totius cauſæ conſiderandæ: hoc eſt, excogitanda ſunt ea quæ ad ordinandas ſingulas partes orationis pertinere poſſunt.* 24 *Sunt autem ſex orationis partes: Exordium, Narratio, Partitio, Confirmatio, Reprehenſio, Concluſio.*

25 ¶ EXORDIVM *principem eſſe orationis partem.* 26 *quid exordium.* 27 *Diſpari ratione exordiri, idque pro varietate cauſæ generis. Aliud enim cauſæ genus Honeſtum, Admirabile, Humile, Anceps, Obſcurum.* 28 *Partes exordij duas eſſe, Principium & inſinuationem.* 29 ¶ PRINCIPIVM *cò ſpectare, vt beneuolos, dociles, attentos auditores efficiamus. Hæc enim exordio contineri oportet.* 30 *Idque variè, pro varietate nimirum cauſæ generis. Aliter enim ea à nobis præſtanda ſunt in cauſæ genere honeſto, quàm in admirabili, humili, ancipiti & obſcuro.* 31 *Porrò* Beneuolos *faciemus à perſona noſtra, aduerſariorum, auditorum, à rebus ipſis.* Attentos *ſi magna, noua, incredibilia.* Dociles, *ſi apertè & breuiter polliceamur nos dicturos eſſe.* 32 INSINVATIONE *verò nobis vtendum eſt, ſi ineſt in ipſa cauſa turpitudo, ſi perſuaſus aut defeſſus eſt audiendo auditor.* 33 PRINCIPII *&* INSINVATIONIS *hoc eſt Exordij generalia hæc &* communia præcepta: *vt ſententiarum & grauitatis, plurimum: ſplendoris, feſtiuitatis, concinnitatis, minimum.* 34 Vitia *verò cùm eſt Vulgare, Commune, Commutabile, Longum, Separatum, Tranſlatum, Contra præcepta.*

35 ¶ NARRATIO *quid.* 36 *Genera tria: vnum ipſius cauſæ ac negotij, Alterum, Digreſsionis non alienæ ab ipſo negotio, Tertium, Delectationis cauſa comparatum, quod vel in negotiis, vel in perſonis maximè verſatur. Illud tres partes habet: Fabulam, Hiſtoriam, Argumentum rei quæ fieri potuit. Poſteriore perſonarum ſermones & animi ſubijciuntur.* 37 *Ipſius cauſæ ac negotij expoſitionem ſeu narrationem tres habere res oportet: vt ſit Breuis, Aperta, Probabilis.* 38 *Vitia Narrationis hæc ſunt, ſi obeſt, ſi nihil prodeſt, ſi non loco dicatur, ſi non quemadmodum cauſa poſtulat.*

39 ¶ PARTITIO *hanc vtilitatem parit quod illuſtrem & perſpicuam totam efficit orationem.* 40 *Partes eius duæ: vna cùm oſtendimus quid nobis cum aduerſario conueniat, quid non conueniat: Altera, cùm breuiter exponimus quibus de rebus dicturi ſimus.* 42 *Priori parte id quod nobis cum aduerſario conue-nit,*